

Landesbibliothek Oldenburg

Digitalisierung von Drucken

M. Tvllivs Cicero Mannvcciorvm Commentariis Illvstratvs antiquaeq. lectioni restitutus

Continens Epistolas, ad T. Pomponium Atticum, M. Iunium Brutum,
Quinctum fratrem

Cicero, Marcus Tullius

Venetiis, 1583

In Epistolarvm M Tvllii Ciceronis Ad T Pomponivm Atticvm Librvm VI Pavlli
Manvtii Commentarivs

[urn:nbn:de:gbv:45:1-770415](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:gbv:45:1-770415)



IN · EPISTOLARVM
M · TVLLII · CICERONIS

D
T · POMPONIVM · ATTICVM

LIBRVM · VI.

PAVLLI · MANVTII
COMMENTARIVS



Cicero S. D. Attico. 1.



ACCEPI tuas litteras ad quin-
Et̄n termilia Laodiceae, quas
legi libentissime, plenissimas
amoris, humanitatis, officij, di-
ligentiae. ijs igitur responde-
bo: sic enim postulas: nec oix-
yoyar meam instituas, sed or-
dinem conseruabo tuum. Re-
centissime a Cybistris te meas

litteras habere ais, ad x. kal. Oct. datas: & scire uis, tuas ego quas acceperim, omnes fere, quas commemoras, praeter eas, quas scribis Lentuli pueris & Equotutico, & Brundisio datas. quare non oixeru tua industria, quod uereris, sed praeclare ponitur; siquidem id egisti, ut ego delectarer. nam nulla re sum delectatus magis. Quod meam Ca. 80 trita in Appio tibi, libertatem etiam in Bruto probo, uehementer gaudeo, ac putaram secus. Appius enim ad me ex itinere bis, ter ue o'pemeu' i' moipous litteras miserat, quod quaedam a se constituta rescinderem, ut si medicus, cum aegrotus alij medico traditus sit, irasci uelit ei medico, qui sibi successerit, si, quae ipse in curando constituerit, mutet ille: sic Appius, cum e'z' ap'ap'p'eros provinciam curarit, sanguinem miserit, quidquid potuit detraxerit, mihi tradiderit ene'ctam, mo'oz'az'ep'ou'eny eam a me non libenter uidet, sed modo successerit, modo gratias agit. nihil enim a me fit cum ulla illius contumelia, tantummodo dissimilitudo meae rationis offendit hominem. quid enim potest esse tam dissimile, quam, illo imperante, exhaustam esse sumptibus, & iacturis provinciam;

nobis eam obtinentibus, nummum nullum esse erogatum nec priuatim, nec publice? Quid dicam de illius praefectis? comitibus? legatis etiam de rapinis? de libidibus? de contumelijs? nunc autem domus mhercule nulla tanto consilio, aut tanta disciplina gubernatur, aut tam modesta est, quam nostra tota provincia. hanc non nulli amici Appij ridicule interpretantur: qui me iccirco putent bene audire uelle, ut ille male audiatur; & recte facere non meae laudie, sed illius contumeliae causa, sin Appius, ut Bruii litterae, quas ad te misit, significabant, gratias nobis agit: non moleste fero: sed tamen eo ipso die, quo haec ante lucē scriberē, cogitabā eius multa, iniq. cōstituta, & acta, tollere. Nūc uenio ad Brutum: quem ego omni studio, te auctore, sum complexus. quem etiam amare coeperam: sed; dico: reuocauī me, ne te offenderem. noli enim putare, me quidquam maluisse, quam ut mandatis satisfacerem, nec ulla de re plus laborasse. mandatorum autem mihi libellum dedit, ijsdemq. de rebus tu mecum egeras. omnia sum diligentissime persecutus. primum ab Ariobarzane sic contendi, ut talenta, quae mihi pollicebatur, illi daret. quoad mecum rex fuit, per bono loco res fuit; post a Pompeij procuratoribus sexcentis premi coeptus. Pompeius autem cum ob ceteras causas plus potest unus, quam ceteri omnes, tum quod putatur ad bellum Parthicum esse uenturus. & tamen sic nunc soluitur, tricesimo quoque die talenta Attica xxxiiii, & hoc ex tributis: nec id satis efficitur in usuram menstruam, sed Cnaeus noster clemenser id fert: sorte caret: usura, nec ea solida, contentus est. alij neque

lum est. haec non noram tuam, cum Democrito tuo locutus sum. Rhodij causam mandavi. Sed heus tu, quid cogitas infelicitatis? lancibus, & splendidissimis canistris, olusculis nos soles pascere: quid te in nasis fictilibus appositurum putem? Kēpas Pthemio mandatum est: reperietur: modo aliquid illo dignum canat. Parthicum bellum impendet. Cassius ineptas litteras misit: nec dum Bibuli erant allatae: quibus recitatis, puto fore, ut aliquando commoveatur senatus. equidem sum magna animi perturbatione. si, ut opto, non prorogatur nostrum negotium: habeo Iunium, & Quintilē in metu. esto: duos quidem menses sustinebit Bibulus. quid illo fiet, quem reliquero, praesertim si fratrem? quid de me autem, si non tam cito decedo? magna turba est. mihi tamen cum Deiotaro conuenit, ut ille in meis castris esset cum suis copijs omnibus. habet autē cohortes quadringenarias, nostra armatura, xxx, equitum ∞∞. erit ad sustentandum, quoad Pompeius ueniat: qui litteris, quas ad me mitit, significat, suum negotium illud fore. hieant in nostra prouincia Parthi: exspectatur ipse Orodes. quid quaeris? aliquantum est negotij. De Bibuli edicto nihil noui, praeter illam exceptionem, de qua tu ad me scripseras. Nimis graui praeiudicio in ordinem nostrum. ego tamen habeo ἰσθὺν μὲν σαρ, sed te tiorē, ex Q. Mucij P. F. edicto Asiatico, Extra quam si ita negotium gestum est, ut eo litari non oporteat, ex fide bona, multa sum secutus Scaeuolae, in is illud, in quo sibi libertatem censent Graeci datam, ut Graeci inter se disceptent suis legibus. breue autem edictum est propter hanc meam διαίτην, quod duobus generibus edicendum putari: quorum unum est prouinciale, in quo est de rationibus ciuitatum, de aere alieno, de usura, de syngraphis, in eodem omnia de publicanis: alterum, quod sine edicto satis cōmode transigi non pōt, de hereditatū possessionib. de bonis possidendis, magistris faciēdis, uendēdis: quae ex edicto & postulari, & fieri solent. tertium, de reliquo iure dicēdo, ἀρρετων reliqua: dixi me de eo genere mea decreta ad edicta urbana accommodaturum: itaq. curo: & satisfacio adhuc omnibus. Graeci uero exsultant, quod per egyptis iudicibus utuntur. nugatoriibus quidem, inquit, quid refert? tamen se ἀποτοπίαν adeptos putant. nostri enim, credo, graues habent, Turpionem sutorium, & Vettium mancipem. De publicanis quid agam, uideris quaerere. habeo in delicijs, obsequior, uerbis laudo, orno; afficio, ne cui molesti sint. τὸ παραδοξότυπον. usuras eorum, quas pactionibus adscripserant, seruauit etiam Seruilius. ego sic diem statuo satis laxam; quam ante si soluerint, dico me contestimas ducturum: si non soluerint, ex pactione. itaque Graeci soluunt tolerabili fenore: & publicanis res est gratissima, si illa iam habent, pleno modio uerborum honorem, inuitationem crebram. quid plura? sunt omnes ita mihi familiares, ut se quisq. maxime putet. sed tamē μὲν δὲ αὐτῶν. se is reliqua. De statua: Africani, (ὡς παραγέτων ἀστυκλάδων: sed me ipsum delectauit in tuis litteris) an tu? Scipio hic Metellus proauum suū nescit censorem non fuisse? atqui nihil habuit aliud inscriptum, nisi, CENSOR, ea statua, quae ad Opis aperte posita in excelso est. in illa autem, quae est ad τοῦ δὲ δέου, inscriptum est, COS. quam esse eiusdem, status, amictus, anulus, imago ipsa declarat. at hercule ego eum in turma mauratarum equestrium, quas

hic Metellus in Capitolio posuit, animaduertissem in Serapionis subscriptione Africani imaginem, erratum fabrilē putauī, nunc uideo Metelli ἀστυκλάδων turpem. Nam illud de Flauio, & falsis, si secus est, commune erratum est; & tu belle ἠπὸ πρῶτας; & nos publicam prope opinionē secuti sumus, ut multa apud Graecos, quis enim non dixit, Εὐπολι, τὸν τῆς ἀρχαίας, ab Alcibia de nauigante in Siciliam deiectum esse in mare? redarguit Eratosthenes: affert enim, quas ille post id tempus fabulas docuerit. nunc iccirco Duris Samius, homo in historia diligens, quod cum multis errauit, irridetur? Quis Zaleucum leges Locris scripsisse non dixit? num igitur iacet Theophrastus, si id a Timaeo, tuo san. illari, reprehensum est? Sed nescire proauum suum censorem non fuisse, turpe est. praesertim cum post eum consulem nemo Cornelius, illo uiuo, censor fuerit. Quod de Philotimo, & de solutione XX DC scribis: Philotimum circiter kal. Ian. in Chersonesum audio uenisse, ac mihi ab eo nihil adhuc reliqua mea Camillus se ribit se accepisse. ca quae sint, nescio, & aueo scire. sed haec posterius, & coram fortasse commodius. Illud me, mi Attice, in extrema fere parte epistolae commouit: scribis enim sic, τιδοτὸς; & deinde me obsecras, amatissime, ne obliuiscar uigilare; ut animaduertā, quae fiant, num quid de quo inaudisti? est nihil eiusmodi est: πολλοὺν γὰρ δὲ. nec enim me fessellisset, nec falleret. sed ista admonitio tua tam accurata nescio quid mihi significare uisa est. De M. Octauio, iterum tibi rescribo, te illi probe respondisse. paulo uellem fidentius. Nam Coelius libertum ad me misit, & litteras accurate scriptas, & de pantheris, sed a ciuitatibus, rescripti, alterum me moleste ferre, si ego in tenebris later em, nec audiretur Romae, nullum in mea prouincia unum, nisi in aes alienum, erogari; docuique, nec mihi concilia re pecuniam licere, nec illi capere: monuiq. eum, quem plane diligo, ut, cum alios accusasset, cautius uiueret; illud autem alterum alienum esse existimatione mea, Cibratas imperio meo publice uenari. Lepta tua epistola gaudio exsultat: etenim scripta belle est, meq. apud eum magna in gratia posuit. Filiola tua gratum mihi fecit, quod tibi diligēter mandauit, ut mihi salutem adscriberes: gratum etiā Pilia: sed illa officiosus, quod mihi, quem iam pridem numquam uider, igitur tu quoque salutem utrique adscribito. Litteras daturum pridie Kal. Ian. suauem habuit recordationem carissimi iurisurandi: quod ego non eram oblitus: magnus enim praetextatus illo die fui. Habes ad omnia, non, ut postulasti, ἡδύσια χαρτείων; sed paria paribus respondemus. Ecce autem alia pusilla epistola; quam non relinquēbam ἀναγινώσκων. Bene me hercule potuit Lucceius Tusculanū: nisi forte, solet enim, cum suo tibicine. & uelim scire, quis sit status eius. Lentulum quidem nostrum, praeter Tusculanum, proscriptis audio. cupio hos expeditos uidere: cupio etiā Sextum: addes etiam ijs Coelium, quibus omnibus est; ὡς δὲ δὲ μὲν ἀνὴρ ἀγαθὸς, δὲ οὐδὲ ὁ ποδὲ δὲ. De Memmio restituendo ut Curio cogiter, te audisse puto. De Egnatij Sidicini nomine, nec nulla, nec magna spe sumus. Pmarium, quem mihi commendas, diligentissime Deiotarus curat, grauius aegrum. Respondi etiam minori. Tu, uelim, dum ero Laodiceae, id est ad idus Mai, quam saepissime mecum per litteras colloquare: & cum Athenas ueneris, (iam enim sciemus de rebus urbanis,

usuræ cum centesimis simul soluerentur, id enim est Renouare fenus per singulos annos; ut summa fiat, pro centesimis non solutis quantum noui fenoris sexennio crearet, ducta ratione per singulos annos. In *Catonis*, & in *ipsius Bruti fide locatam*, § *Cyprus* Catonis erat clientela. *epist. 4. lib. 15. fam. item Bruti*, quia cum auunculo suo Catone fuerat, cum is lege Clodia Cyprum infulam Ptolemaeo regi ademit. *Plutarchus*, *Strabo lib. 14. Velleius lib. 2. & alij.* *Quæ erat in edicto meo*; § centesimæ usuræ consistere debuerunt, quas habebam in edicto meo, me esse obseruaturum cum anatocismo; consistere autem ab eo tempore, quo tantum pecuniæ depositum fuisset, quantum deberetur ductis centesimis cum anatocismo. id *Salaminijs* uolebant: sed ego postulantiibus, ut deponerent, non concessi. *Si hu Paulus uenerit*; § si, inquit, acciderit, ut *L. Paullus*, qui nunc consul est, consulari functus, huic pro consul mittatur: male cum *Salaminijs* agetur. *Brutus* enim contra eos omnia *Scaptij* causâ impetrabit: quatenus dare cogentur. Erat autem affinis *Bruti Paullus*; quod eius frater *Lepidus Tertullam*, *Bruti* sororem, habebat in matrimonio. *Meo decreto*; § habent antiqui libri, quorum mihi copia fuit, omnes sic: *Soluta res Scaptio statim quam decretum sit tu iudicabis. unum, Soluta res captio.* uideamus nū tueri liceat antiquam scripturam: quod opinor licet, primum interpunge sic. Igitur meo decreto soluta res *Scaptio*, statim quam decretum sit: tu iudicabis. deinde explana: Igitur datum hoc sit a me *Bruti Scaptio* soluta, tum decreti mei iudex ipse eris: plane tuo iudicio stare constitutum est: ad neminem pronocabo, ne ad *Catonem* quidem: quam certo scio, inique decretum a me, dicturum te unum, inquam, decreti mei iudicem constituiam; certe, quæ tua est æquitas, decretum meum probare non poteris; quam quam *Bruti* causâ omnia cupias, patere decreturum, *Cicero* dicit, sed utitur quodam simulacro, ut *Articus*, re ante oculos posita, turpitudinem cernens, excuset eum, quia pro *Scaptio*, id est pro *Bruto*, non decreuerit. Forte etiam, cum, ut dixi iam, uno in uetere libro scriptum sit, *Soluta res captio*; legi rectius possit, mutatione parua; *Soluatur Scaptio statim, quam directum sit, tu iudicabis.* atque in hanc opinionem eo me facilius demitto, quod eodem modo non dubie uidetur esse corrigendus locus in *Agraria* & legendumque, *Directo*, & palam; non, ut est in impressis libris, *Decreto*, & palam. τὸ γὰρ δὲ § hunc locum infra, ubi integer recitatur, uberius explano, *epist. 9. libri 8. Sex libris*; § de republica, & de optimi ciuis officio. prius tamen nouem libros conficere in animo habuit, uide *epist. 9. libri 3. ad Q. frat. Cn. Flauio Cn. F.*; § legebatur antea, *Cn. Flauio Annij filio*; corrupte. nam filij a prænominis patris ostendebantur. *Annius* autem non prænomen, sed nomen, id est familia. mendosam igitur dictionem semper credidi, mutare uero non audebam, cum & a *Plinio* libro xxxi. i. i. cap. 1. & a *Gellio* lib. vi. cap. 1. x. hunc esse appellatum uiderem *Cn. Flautium Annij filium*, postea, *Liuij* libros percurrens, cum ad eum locum libri ix. uenissem, in quo *Flautium* hunc scribam *Cnaei filium* uocat. *Cn. F.* ego quoque in *Cicerone* scripsi: itaque *Plinij*, *Gellijq.* locus erit emendandus. Infra idem attigit *Istam tabulam*, § *Flauius* scriba, cum *populus*, qui dies aut nefasti, aut fasti essent, ignoraret, eorumque nomen a iuriconsultis peteret, ipse fastos circa forum in albo proposuit, ut, quando lege agi posset, sciretur, quo beneficio *populi* gratiam, indeq. curulem aedilitatem, *Libertino* patre natus, obtinuit. *TABULAM*; § igitur *fastorum*. Οὐ χελεύεις illud &c. § est hoc ἐκ τῶν ἀντιγράφων. nam neque infra quidquam est, quo niti coniectura possit: nec diuinare nostrum est. *ACTIONES*; § quibus diebus lege agi posset. *IMPERATORE*; § appellato, lib. v. ep. 20. *PHILOTIMI litteris*; § *Roma* scriptis. *BINAS*; § unas, quarum est principium, *Saturnalibus* mane, lib. v. epist. 20. alteras, hoc principio, *Te in Epirum*, lib. v. ep. 21. *MIHI placeve*; § ut nubat ei, de quo scribis: quem ex equestri ordine fuisse, proxima uerba declarant, ep. 4. *Tuum ueterem gregem*; § mallem de equestri genero, quam de patricio, cogitasses. opinor enim, de patricio discedens *Cicero* mandauerat, *Parui*, inquit, tibi, monenti ut me in meum ueterem gregem referrem, id est, ut cum equestri loco natis iungerem. *CORRECTA uero epistola Memmiana*; § quod antea scripseras de *Memmio*, *Pontidiam* scilicet *nugari*, postea correxisti, cum eam certa loqui significasti, *epist. 21. lib. 5. NIHIL negotij fuit*; § perducere in eam sententiam, ut de uno *Memmio* cogitarem. *MALO*; § generum. *APONTIDIA*; § de quo *Pontidia* sermonem habuit, *epist. 21. lib. 5. ADIUNGES*; § ad consultationem de *Tullia*. *FRATRIS Appij*; § non puto intelligi de *Ap. Claudio*, *P. Clodij* fratre, (hic enim tunc uiuebat) sed de alio, cuius paullo ante mortui hereditatem *Aufius* adierat. *AMOREM*; § ut non solum rei, quam *Appius* habuit, sed a *moris* etiam, quo me uiuens profecutus est, heres *Aufius* sit. Est autem nota locutio, Cernere hereditatem, & hereditate. utroque enim modo ueteres Latini loquebantur. *QVI*; § *Appius* potius, quam *Aufius*. *IN Bursa*. § cum *T. Munatium Plancum* *Bursam* lege *Pompeia* de ambitu accusaui, *fam. epist. 2. & 10. 19.* & *Philippica* v. hunc *Bursam* postea *Caesar*, uicto *Pompeio*, cum alijs non paucis, lege *Pompeia* damnatis, restituit. *LIBERARI*; § si de *Tullia* mea confeceris. *FURNII exceptio*; § *Furnium* tribunū pl. (*epist. 13. lib. 5.*) *Ciceronis* studiosum, legem opinor tulisse de rectoribus *transmarinis*, nisi *Parthus* moueret intra *Quinctilem* mensem, eos posse decedere, at id ipsum tempus *Cicero* timebat, ideoq. exceptionem illam minime probabat, uolebat autem omnino ferri, ut, annuo imperio terminato, decederet: quod ipse non magis odio *provinciae*, quam *Parthorum* metu, cupiebat. *REMOVENDVMQ. censeo*; § quod attinet ad otium, & salutem reip. nihil eum dissimulationum putemus. Et hoc adscripsit *Cicero*, quia, cum supra dixisset, *Vsquequaque*, de hoc cum dicemus, sit hoc quasi κατὰ τὸ δὲ φωνικὸν, quibus uerbis perperum in *Pompeio* notauit dissimulationis uitium; exceptione hic utendum putauit, cum de communi otio loqueretur. *Remoueamus*, inquit, ab eo uitium dissimulationis. οἰκονομία; § ordo, & dispositio rerū, quæ

quae scribuntur. *ἡ ἐπιτομή* qui scribis non ordine, sed ut quidque in mentem uenit, *sed alter, &c.* fre-
 nis egebat Quintus, ut ingenio ualens plus etiam quam satis esset; calcaribus Marcus, ut tardior. ergo
 hic Ephoro, ille Theopompo similis, utriusque Isocratis discipulo. Suidas. DARE & Laodicae. ep. 20. l. 5.
 OBSERVABO, & quo die Liberalia de more celebrantur, eo die (nempe xii. Kal. Apr.) togam puram
 Quinto daturus sum. Quoniam autem mutare dies solebat interkalatio, (& interkalatum esset, nec
 ne, Cicero ignorabat) ego, inquit, Liberalia sic obseruabo, quasi interkalatum non sit, suo inquam die
 obseruabo, quando mihi est ignota interkalatio. ep. 1. & 3. l. 6. IN AMORIBUS EST & carissimus est. nota
 locutio. fam. ep. 32. l. 7. AIUNT EUM & alij, Aiunt se. malo, Eum, ex antiquo libro Bessarionis: idq. ma-
 gis postulat Latini sermonis probata consuetudo. THERMVM, *Siluium* & uicinarum prouinciarum re-
 ctiores. BIBULVM & Syriae proconsulem. SCROFA & nostri cupidissimus. cui si daretur occasio, iure
 posset me laudibus efferre. LAVIVM *negotium* & egregia mea prouincialis administratio. INFIRMANT
πρόκλητα Catonis & non ita publicam rem administrant, ut Cato iubet. CAUSSAM MEAM & ne patiat
 mihi prouinciam prorogari. ep. 13. lib. 5. DE AMIANO & hi tres, Amianus, Terentius, Meragenes, uidentur
 Attico pecuniam debuisse. & quod sequitur, Spei nihil, explano, de exigenda pecunia. DIONYSIVS &
 Ciceronum magister, tui amantissimus, qui adest, & rem tuam mecum curat. NVLLVM *uestigium* & ho-
 minem conuenire uolebam, ut agerem de tuo nomine. non modo non potuit, sed nec ullum eius uesti-
 gium agnoui. Meragenes certe perijt: & Attici debitor est, ad inopiam redactus. Perijt: decoxit,
 perdidit omnem rem: ut de pecunia tua prorsus actum sit. MANDAVI & dedi negotium, ut, quod de
 Rhodio scripsisti, ageretur. LANCIBVS & c. & iocus, quia scripserat Atticus, uasis fictilibus se esse
 uturum. quid, inquit, cogitas in lancibus, & splendidissimis canistris oluscula apponebas, ijsq. nos pas-
 scere solitus es, cum praeterea nullum esset obsonium in uasis fictilibus, quae humiliora sunt, quid ap-
 pones? certe uiliora esculenta. INFELICITATIS & quasi infelicitatem quaerat, qui tam frugaliter co-
 piter uiuere. REPERTVROS & ij, quibus mandavi, polliciti sunt se reperturos. l. 5. ep. 21. INEPTAS &
 scripsit enim, ut ex Arii litteris cognoui, confectum per se Parthicum bellum: cum non ita res sit. l. 5.
 epist. 21. ALIQVANDO commoueatur & aliquando Parthici belli curam suscipiat. quod non esse con-
 fectum, ex Bibuli litteris intelliget, contra quam Cassius scripsit. epist. 21. l. 5. HABEO *Inium & Quin-*
tilium in metu & qui sunt postremi duo menses imperij mei annui. uenit enim in prouinciam Cicero
 pridie Kal. Sext. ut est l. 5. epist. 2. & ad Appium epist. 7. lib. 3. SVSTINEBIT & impetum Parthorum,
 usque eo, dum annua mihi finiatur administratio. Erat autem Parthis, antequam Ciceronis in prouin-
 ciam peruenirent, per Syriam, Bibuli prouinciam, transeundem. SI non tam cito & si prouinciae mihi
 tempus non prorogatur; nec mihi liceat, casu aliquo, ut sit, anno confecto decedere; quid me fiet? QVIBUS
 illo fiet? & antiqua locutio: ut in epistola ad Terentiam, Quid Tulliola mea fiet? fam. epist. 4. l. 14.
 QVADRINGENARIAS & quadringentorum militum singulas, numero triginta, omnes armatura Roma-
 na supputat: duae legiones erunt, hoc & epist. 18. l. 5. significatur in illo uerbo, DVPLICATVRI. Hir-
 tius in libro de bello Alex. unam tantum Deiotari legionem Romana disciplina, & armatura consti-
 tam nominat. oratione in Antonium. xi. Deiotari exercitum, Romano more instructum, Cicero
 appellat. Quod sequitur, ∞∞ & significare duo millia, supra docuimus in narratione de numero
 rum antiquorum notis. IN nostra prouincia & non cui ego praesum, sed in prouincia populi R. epist.
 21. l. 5. IPSE Orades & rex Parthorum, Pacori pater, qui iam Euphratem transierat. epist. 18. & 21. lib.
 5. ALIQVANTVM negotij & non multum, quia Parthi nihil mouent, sed aliquantum tamen, quia sunt
 in nostra prouincia. ut in eo quiddam mihi sit negotij, quia, propinqui cum sint, a subitis excursio-
 nibus timendum. PRAETER illam exceptionem & exceptio erat ex prouincialium commodo contra
 publicanos, id est contra ordinem equestrem. nam publicani omnes equites. NIMIS graui praediuicio
 in ordinem nostrum & Attici uerba de exceptione edicti. In ordinem nostrum, equestrem. nam Atticus
 equestri loco natus erat, & in equestri ordine permanerat: senator enim numquam fuit. Cicero autem
 ab equestri ordine in senatorium adscenderat. Publicanis porro fere semper cum prouincialibus nego-
 tium erat et uectigalium exactione. & Bibulus equitibus infensus, quia Caesarem, inimicum suum, ma-
 gno beneficio deincti, studiosissime obseruabant. Suetonius. *ισοδυναμούσαν* & exceptionem similem,
 quae prouincialibus magis, quam publicanis, consulat, translata in meum edictum ex edicto Q. Mu-
 cij Scaeuolae, Asiae proconsulis. lib. 5. epist. 17. & fam. epist. 9. l. 1. TECTIOREM & ne aperta exceptio-
 ne, ut Bibulus, equestrem ordinem offenderet. Q. MUCII P. F. & praenomen patris addidit, distin-
 ctionis causa. uixerant enim eodem tempore duo Q. Mucij Scaeuolae, uterque iuris prudentia cla-
 rus. unus Q. F. augur, socer L. Crassi oratoris, qui consulatum gessit cum L. Metello Dalmatico anno v.
 DCXXXVI. quem Cicero loquentem induxit lib. 1. de or. hic praetor Athenas profectus est, ut lib. 1. de
 Fin. & lib. 1. de or. Alter fuit Q. Mucius P. F. Pont. Max. collega in consulatu L. Crassi, anno v. DCXVII.
 Asiam rexit proconsul: ut hic, & l. 5. epist. 17. & in Verrem, & pro Planeio, & Val. Max. lib. 8. c. 16. epi-
 tome l. 76. Pedianus bis. Interfectus est iussu C. Marij consulis, ut epitome lib. lxxxvj. & lib. 3. de or. Ex-
 TRA quam & cum in pactionibus prouincialium, & publicanorum multa fierent contra fidem bonam,
 Bibulus in edicto suo scripserat, se non staturum tabulis pactionum. hoc idem Cicero, sed tectius, his,
 inquam, uerbis *ὑπερβαίνω*: Extra quam si ita negotium gestum est, ut eo stari non oporteat, ex fide bona.
 EXTRA quam: cum hac exceptione. EX FIDE bona; ut ex bona fide conuenit. tectior autem ideo Cicero
 nis exceptio, quia neque pactiones, neque aliud quidquam nominatim, *ὑπερβαίνω* omnia complexus est: Bi-
 bulus autem de pactionibus expellerat, graui praediuicio in ordinem equestrem. nam, si pactiones nō
 T 2 ferua-

feruarentur, magnū in eo damnum publicani facerent. **OMNIA de publicanis** : & de omnibus controuersijs, quae inter publicanos & provinciales possunt existere. **MAGISTRIS faciendis** & magistrōs auctōnum intelligit; de quibus epistola 1. **VENDENDIS** & ut ex edicto primum a creditoribus possideantur bona, deinde, magistris factis, uendantur. **PEREGRINIS** & non Romanis, sed peregrinis, id est suis, ep. 2. **NUCATORIBVS** & leues, inquis, erunt iudices, siquidem Graeci erunt, quid referat ipsi tamen ita exultant, quasi summum a me beneficium acceperint. **VESTRI** & qui Romae iudicant. **NE cui molesti sine** & acerbiorē uectigalium exactione, itaque hoc accidit παραδοξότητος, id est maxime praeter opinionem, ante enim, molestissimi provincialibus publicani. **VSRAS eorum**, & quas provinciales ex pactione publicanis penderent, donec debitum uectigal soluerent. quod & Seruilus, cognomento Ilauricus, Ciliciae proconsul, ratum esse noluit, ego autem (inquit) provincialibus amicior, qui usuras, pactionibus adscriptas, non seruo, sed diem statuo satis laxam, qua uectigal publicanis debitum soluant: quam ante si soluerint, ad uectigal usuras tanquam centesimas addentis non soluerint, tū, quod ne accidat, consulto diem statuo satis laxam, quo possint matura solutione usuras illas intolerabiles effugere. **CENTESIMAS ducturum** & hoc seruaturum, ut centesimas dumtaxat cum uectigali soluant publicanis, quod illis multo erit facilius, quam si usuras illas, quae pactionibus adscriptae fuerant, centesimis uidelicet non comparandae, ex instituto Seruilij cogrentur soluere. **EX PACTIONE** & soluant, ut pactionibus adscriptum est: adscriptum autem erat grauissimum fenus: quod seruauerat proconsul Seruilus. **SOLVUNT tolerabili fenore** & soluunt uectigal iam ante debitum, cum cētesimis, quod est fenus tolerabile. **SI illam iam habent** & Caualcanti liber, Illa, etiam alter antiquus, mendum tamen remanet in particula, Si, sequitur translatio a mensura, copiam significans, publicanos ualde uerbis orno, crebro inuito. **MAXIME putei**, esse mihi familiarē. **Μαδὲν ἂν τοῖς** nihil ipsis tribuo: quamuis eos habeā in delicijs, nihil tamen ipsorum causa facio, quod reprehendi possit. **RELIOVA** & quae perficiunt Graecam sententiam. **DE statua Africani** & de qua ut putē locutus esse Ciceronē in libris de rep. facit illud infra. Nā illud de Flauio, & factis. uē. n. Atticus ad Ciceronem scripsisse, eius opinionē a Scipione Metello reprehendi, propterea quod in libris fortasse de rep. tradidisset, eam statuā, quae ad Opis aedē posita esset, cum hac inscriptione, **P. CORNELIUS. P. F. SCIPIO. CENSOR.** Africani esset: quam Scipio Metellus non Scipionis Africani, sed Scipionis Serapionis aiebat esse, quem refellit Cicero his uerbis: Cum habeat ea statua inscriptum, **CENSOR**, qui potest de Serapione intelligi, qui censor numquam fuit: an hoc Scipio hic Metellus ignorat, proauum suum Serapionem censorem non fuisse? Est autem Serapio, Nafica ille Scipio, qui Ti. Gracchum pontifex max. interfecit. **ἡ παραμύτων ἀστυκλαίον** & ο perturbatum rerum ordinem, quo tu uteris in litteris tuis. supra dixit, **Τε enim sequor ἀχελύοντα**. **IAM** & hoc ipsum, quod scribis ordine perturbato. **SCIPIO hic Metellus** & hic est Pompeij Magni socer, P. Scipio, qui post in Africa contra Caesarem pugnavit, uictusq. sibi ipse mortem consciiuit, adoptatus a Q. Metello Pio, Numidici filio, & praenomen ab eo, & cognomen acceperat, uetere tamen cognomine conseruato, ut appellaretur Q. Metellus Scipio: quod patet ex S. C. misso ad Ciceronem a M. Coelio, ep. 7. lib. 8. fam. Pedianus etiam in argumento Milonianaē Q. Metellum Scipionem nominat, alibi Scipio tantum, ut apud Caesarem, Ciceronem ipsum, & historicos omnes, Metellus simpliciter, quod meminerim, numquam dictus. Idem, nisi fallor, Nafica uocatur a Cicerone, ep. 1. lib. 2. seruato cognomine patris, aui, maiorumq. suorum. Etiam illud obseruauit, licet adoptati praenomen eorum, qui adoptassent, assumerent, hunc tamen in oratione pro domo P. Scipionem appellari. Dixit igitur, Scipio hic Metellus, ut in ep. 24. lib. 2. Caepio hic Brutus, gemino cognomine, quia Brutus ab auunculo Caepione adoptatus erat. **PROAVVM suum** & hoc ordine, P. Scipio Nafica Serapio, eius filius, qui Cornelium uocatus est, genuit Scipionem Naficam oratorem, qui consul fuit cum Bestia, anno urbis DCXLII. hic autem Naficam, Crassi oratoris generum, ex quo Nafica hic nltimus, quem diximus a Metello Pio adoptatum. **CENSOREM non fuisse?** & censor quidem fuerat Africanus Aemilianus, quod Cicero scripserat, non Serapio, quod Scipio Metellus opinatus, Ciceronem, ut ignarum historiae, reprehenderat. **CENSOR** & censor fuerat Africanus cum L. Mummio, anno urbis DCXI. **E A statua** & Africani, Ad Opis & aedem. e Graecis fontibus figura deriuata. **APERTE** & Bessarionis liber, Ad Opis aperte. **SERAPIONIS** & cognomen hoc Scipio Nafica accepit a mancipio, ob similitudinem formae. Valerius, Plinius, epitome Liviāna. **VIDEO Metelli avis opinatū turpem** & bis errauerat Scipio Metellus: primum, quod putauerat statuam illam, ad Opis positam, Serapionis potius esse, quam Africani: in quo eum in scriptio refellebat: non enim censor umquam Serapio fuerat: deinde, quod in Capitolio imaginē Africani posuerat, cum subscriptione Serapionis: ut non ex historia tantum, sed ex facie quoque suos gentiles ignorare uideretur. **ἀνισοπνηται**, ignorationem historiae. **NAM illud de Flauio** & factos a Cn. Flauio, libertino homine, publicatos esse, de quo iam diximus, ex oratione pro Murena, Plinio, Gellio, & aliis notum est. Hac de re locutus erat Cicero in lib. 1. de rep. quod ex Nonio constat, supra, in hac ipsa epistola. **SI secus est** & si aliter est, atque ego scripsi in libris de rep. **BELLE ἠπόρησας** & acute, nec sine causa dubitasti, utrum de Flauio, & factis ita sit, epist. 1. **Τὸ τῆς ἀρχαίας** & illum ex ueteri comoedia celebrem. Horatius sat. 4. lib. 1.

,, Eupolis, atque Cratinus, Aristophanesq. poetae,

,, Atque alij, quorum comoedia prisca uiuorum est.

ERRAVIT & de Eupoli. Nō dixit & dixit & Valerius. Tvo familiaris & ex assidua lectione, Nemo Cornelius

ne er-

ne errandi quidem occasionem ullam habuit : cum nemo Cornelius, illo uiuo, censor fuerit. quo turpior uideatur error. *xxdc.* & quae Philotimo soluta sunt a debitore meo. *RELIQVA me.* & quae mihi reliqua debebantur. *τι λοιποῦ;* & quid superest, quod ad te scribam? *INAUDISTI* & huius uerbi uis haec est, ut non nisi de rebus occultis usurpetur. ut in epistola ad Paetum: Aquini, & Fabrateriae consilia sunt inita de me, quae te uideo inaudisse. & apud Plautum, aliosq. eiusdem generis sunt exempla: ut legentes ad usum. Latinae locutionis obseruauimus. *NIHIL eiusmodi est* & non est, ut quidquam inaudire potueris a me turpiter commissum. nihil enim committo. *πολλὸν γε καὶ δέ.* *PROBE* respondisse. & cum respondisti, te non putare, pantheras mandato meo quaeri, ut ad Coelium mittantur. ep. 21. lib. 5. *FIDENTIUS* & nam, cum dixisti, te non putare, non satis fidenter respondisti. uellem affirmassetes, non esse, cur pantheras Coelio, collegae suo, seorsum ab ipso uenationem adornanti, suspicetur a me missum iri. *COELIUS libertum* & M. Coelius Rufus, aedilis curulis designatus cum M. Octauio, Philonem libertum miserat. fam. lib. 7. ep. 8. *SED a ciuitatibus* & sic in antiquis libris. puto rectius, Et de ciuitatibus, litterarum mutatione parua: si quidem pro, Sed, ueteres librarij scribebant, Sed; item, it, quit, pro id, quid: aliaq. huius generis multa. Scripserat ad Ciceronem Coelius, ut & pantheras sibi mitteret, & M. Feridij agros, (fam. l. 8. ep. 9.) qui ciuitatibus fructus penderent, immunes esse uellet. de agris respondit Ciceroni: In mea prouincia nihil cuiquam adimitur, nisi si quid quis debeat. nam, creditoribus ut satisfiat, uolo. itaque non est, quod petas, ut ciuitatibus adimam fructus, qui ex agris capiuntur. ac miror, cur petas: cum Romae audire possis, nullum in mea prouincia nummum, nisi in aes alienum, erogari. quod si non auditur, meaq. sunt obscura facta, ut tamquam in tenebris lateam: moleste fero. *Nec mihi conciliare* & qui pecuniam non debitam uel ipse cepisset, uel alteri conciliafset, is lege tenebatur. in Verrem lib. 3. *Nec illum capere* & significatur, inter Feridium, & Coelium conuenisse, ut, si Feridius, a Coelio Ciceroni commendatus, de immunitate agrorum impetrasset, Coelio pecuniam eius rei causa numeraret: quod quidem flagitij nemini esse committendum, minime uero omnium Coelio, cui pecuniam capere liceret eo minus, quod crimine repetundarum accusasset C. Antonium. *ILLYD alterum* & de pantheris. *CIBYRATAS* & ab urbe Cibyra, homines uenandi studio deditos. fam. l. 8. ep. 9. *MAGNA in gratia* & quia scripsisti ad eum, me scripsisse ad te, mirificum illum esse. ep. 17. l. 5. *MANDAVIT* & ante quam Roma discederes. *QVEM iam pridem numquam uidet* & supra tamen, ep. 19. l. 5. dixit, *Quam numquam uidi*; ut uideatur hic quoque legendum, *Quem numquam uidit*. *ADSCRIBITO* & cum Romam ad uxorem tuam Piliam litteras mittes. *LITTERAS daturum pridie Kal. Ian.* & locus ex epistola Attici: qui Ciceroni memoriam attulit clarissimi iurisurandi, cum scilicet pridie Kal. Ian. iurauit temp. a se esse seruatum. fam. lib. 5. ep. 2. in oratione pro Sulla, & in ea pro domo. *PRAETEXTATUS* & cum effeci, ut summa tribuni pl. Metelli Nepotis iniuria summo mihi esset honori. Praetexta magistratuum toga, & puerorum ad annum xvii. *PARIA paribus* & qui in scribendo sum ornatio, quam tu es. *POTVIT Lucceius Tusculanum* & uendere, nisi forte sibi retinet animi causa. solet enim ibi se cum suo setuulo tibicine oblectare. *EXPEDITOS* & molestia aeris alieni. *QVIBVS omnibus est* & in quos omnes conuenit illud Homericum, *αἰδέσθην* &c. quod pecunias in iudicio, cum propter aes alienum cuperent, tamen, deterriti metu, non accepissent. *DE Memmio* & exsule reducendo. exsulabat de ambitu condemnatus. Appianus lib. II. *CVRIO* & C. Scribonius Curio tribunus pl. fam. ep. 4. lib. 8. *NOMINE* & pecunia ab Egnatio exigenda. *IN mensem Martium* & uide ep. 20. lib. 3. *GENVARIOS* & nummos Genuae percussos, quae erat in Caesaris prouincia. *TALENTA Attica L.* & scutari scilicet aurei triginta sex millia nostrae monetae. *EXTORSISTIS* & ad Marathonis aedificatione. *ODIUM Pompeij* & prorsus haec non conuenire uidentur in Pompeij personam. si quid opis afferrent ueteres libri, mallet, Possidonij: qui moleste ferret a Caesare pecuniam Athenienses abstulisse ad Marathonem aedificandum, quam ipse suis Rhodiis datum iri non dubia spe crediderat. *Suos* & quos suos certo putaret. *COMEDISSI*, & a uide praecipuisse. *IN merito reaedificando* & In Marathone aedificando, esset apertius, nec *αὐλογον*, ut opinor. scribit enim Tranquillus, Italiae, Galliarum, Hispaniarum, Asiae quoque, & Graeciae potentissimas urbes Caesaris munificentia praecipuis operibus exornatas. *DILIGENTIOREM* & uobis instantibus. *NEQUIOREM* & uerbum proprie usurpatum de hominibus luxu diffluentibus. *VINDVLLVM*: & aut libertum Pompeii Magni, ideoq. patroni nomine uten tem, aut gentilem. *QVAE res* & quae hereditas. liberti enim patronis, & patroni aequae libertis heredes erant, cum aut intestati, aut sine filijs obiissent. sin gentilis erat, de gentilicia hereditate accipiemus. *LAGVNCVLAE* & clarius, Imagunculae. Bessarianis liber, Langunculae. *HOMINIS Bruti* & ioco significat, Brutum re uera Brutum esse, qui uideo utatur, & argute, Hominis Bruti, quasi non hominis magis, quam bestiae similis esset, & Lepidi, plane hominis lepidi, si quidem haec de uxore ferat. *ILLIUS Lepidi* & subaudi, Vxoris: usitata figura: ut, Terentia Ciceronis, Mucia Pompeii. Ex sororibus Bruti alteram habuit in matrimonio M. hic Lepidus, postea triumuir cum Antonio, & Octauiano; alteram C. Cassius, is, qui Caesarem occidit. *προσῦλαιον Eleusine facere.* & per amicos uidelicet, nam Appius tam ad urbem peruenerat. *προσῦλαιον* autem, ut esset in urbe celebri monumentum nominis sui. *Id ipsum* & te putare, nos ineptos fore, si *προσῦλαιον* Academiae fecerimus. *IRAS* & ipsam urbem, nam Eleusin non tam Athenis propinqua, quam Academia, quae propemodum in portis erat. *POST Leuclricam pugnam* & post pugnam, qua Clodius a Milone apud Bouillas caesus est. Leuclricam cur uocet, minus notum. nisi forte, quia memorabilis e Clodij nece, ut illa e Spartanorum, & Cleombroti regis occisione. *DIE DCCLV.* & quia memorabilis e Clodij nece, (is 111. Kal. Feb. est interfectus.) numerantur ad hunc diem: ut recte: tot enim dies a Clodij nece (is 111. Kal. Feb. est interfectus.) numerantur ad hunc diem: ut scripta

scripta sit epistola ad III. nonas Martias, L. Paulo, C. Marcello cos. altero post Pompeii consulatum anno. ep. 12. lib. 5.

Cicero S. D. Attico. 2.

CVM Philogenes, libertus tuus, Laodiceam ad me, salutandi causa, uenisset, & se statim ad te nauigaturum esse diceret; has ei literas dedi; quibus ad eas rescripsi, quas acceperam a Bruti tabellario. Et respondebo primum postremae tuae paginae: quae mihi magnae molestiae fuit, quod ad te scriptum est ab Cincio de Statij sermone: in quo hoc molestissimum est, Statium dicere, a me quoque id consilium probari. probari autem? de isto haecenus, dixerim me uel plurima uincla tecum summae coniunctionis optare: & sunt amoris arctissima: tantum abest, ut ego ex eo, quo adstricti sumus, laxari aliquid uelim, illum autem multa de istis rebus asperius solere loqui, saepe sum expertus, saepe etiam leniui iratum. id scire te arbitror, in hac autem peregrinatione, militiae ue nostra saepe incensum ira uidi, saepe placatum, quid ad Statium scripserit, nescio, quid acturus de tali re fuit, scribendum tamen ad liberium non fuit, mihi autem erit maxime curae, ne quid fiat secus, quam uolumus, quamq. oportet. nec satis est in eiusmodi re, se quemque praestare, ac maxime partes istius officij sunt pueri Ciceronis, siue iam adolescentis; quod quidem illum soleo hortari, ac mihi uidetur matrem ualde, ut debet, amare, req. mirifice. sed est magnum illud quidem, uerumtamen multiplex pueri ingenium: quo ego regendo habeo negotij satis. Quoniam respondi tuae paginae postremae prima mea, nunc ad primam reuertar tuam. Peloponnesias ciuitates omnes maritimas esse, hominis non nequam, sed etiam tuo iudicio probati, Dicaearchi tabulis credidi. is multis nominibus in Trophoniana Chaeronis narratione Graecos in eo reprehendit, quod mare tam secuti sunt: nec ullum in Peloponneso locum excipit. cum mihi auctor placeret, (etenim erat ἰσοπέλατος, & uixerat in Peloponneso) admirabar tamen, & uix aggrediens, communicavi cum Dionysio, atque is primo est commotus: deinde, quod tum de isto Dicaearcho non minus bene existimabat, quam tu de C. Vestorio, ego de M. Clunio, non dubitabat, quin ei crederemus. Arcadiae censebat esse Lepreon quoddam maritimum: Tene autē, & Aliphera, & Tritia νεώκιστα ei uidebantur: idq. τῶν ἐν τῷ κατὰ λόγῳ confirmabat, ubi mentio non fit istorum. itaque istum ego locum totidem uerbis a Dicaearcho transtuli. Phliasios dici sciebam: & ita fac ut habeas: nos quidem sic habemus, sed primo me ἀναλογία deceperat, φλιῶν δὲ πῦρ, σιπῶν, quod ὁ πούνητος, σιπῶν τῶν. sed hoc continuo correximus. Laetari te nostra moderatione, & continentia uideo, tum id magis faceres, si adesses, atque hoc foro, quod egi ex idibus Febr. Laodiceae ad Kal. Mai. omnium dioecesium, praeter Ciliciae, mirabilia quaedam effecimus. ita multae ciuitates omni aere alieno liberatae, multae ualde leuatae sunt: omnes suis legibus, & iudicijs usae, ἀπολύτως adeptae reuixerunt. his ego duobus generibus facultatem ad se aere alieno liberandas, aut leuandas dedi: uno, quod omnino nullus in imperio meo sumptus factus est, (nullum tum dico, non loquor ὁ πρὸς ἀλλοτρίους) nullus, inquam, ne teruncius quidem, hac autem re, incredibile est, quan-

tum ciuitates emerferint, accessit altera. Mira erant in ciuitatibus ipsorum furta Graecorum; quae magistratus sui fecerant. quaeuisi ipse de ijs, qui annis decem proximis magistratum gesserant, aperte fatebantur: itaque sine ulla ignominia suis humeris pecunias populis retulerunt, populi autem, nullo gemitu, publicanis, quibus hoc ipso lustro nihil soluerant, etiam superioris lustri reddiderunt. itaque publicanis in oculis sumus, gratis, inquis, uiris, sensimus. Iam cetera iurisdiclio nec imperita, & clemens, cum admirabili facilitate, aditus autem ad me minime provinciales, nihil per cubicularium, ante lucem inambulabam domi, ut olim candidatus, grata haec, & magna, mihiq. non dum laboriosa ex illa uetere militia, Nonis Mai, in Ciliciam cogitabam: ibi cum Iunium mensem consumpsissem, atque utinam in pace, (magnum enim bellum impendit a Parthis) Quinfidem in reditu ponere. annuae enim mihi operae ad III. Kal. Sex. emerentur, magna autem in spe sum, mihi nihil temporis prorogatum iri, habebam acta urbana usque ad non. Mart. e quibus intelligebam, Curionis nostri constantia omnia potius actum iri, quam de prouincijs, ergo, ut spero, propediem te uidebo. Venio ad Brutum tuum, immo nostrum: sic enim maui. Equidem omnia feci, quae potui aut in mea prouincia perficere, aut in regno experiri, omni igitur modo egi cum rege, & ago quotidie, per literas scilicet: ipsum enim triduum, quattuoriduum ne mecum habui turbulentis in rebus, quibus eum liber aui: sed & eum praesens, & postea creberrime non desisti rogare, & petere mea causa, suadere, & hortari sua, multum profeci, sed, quantum, non plane, quia longe absum, scio. Salaminios autem (hos enim poteram coercere) adduxi, ut totum nomen Scaptio uellent soluere, sed, censestis, ductis a proxima quidem syngrapha, nec perpetuis, sed reuocatis quotannis numerabantur nummi: noluit Scaptius, tu qui ais Brutum cupere aliquid perdere? quaternas habebat in syngrapha, fieri non poterat: nec, si posset, ego pati possem, audio omnino Scaptium paenitere, nam, quod S. C. esse dicebat, ut ius ex syngrapha diceretur; eo consilio factum est, quod pecuniam Salaminijs, contra legem Gabiniam sumpta pecunia, decreuit igitur senatus, ut ius diceretur ista syngrapha, nunc ista habet iuris idem, quod ceterae, nihil praecipui, haec, a me ordine facta, puto me Bruto probaturum: tibi, nescio; Catoni certe probabo, sed iam ad te ipsum reuertor. An ita de Attice, laudator integritatis, & elegantiae nostrae? ausus es hoc ex ore tuo? inquit Ennius: ut equites Scaptio ad pecuniam cogendam darem, me rogare? an tu, si mecum esses, qui scribis morderi interdum, quod non simul sis, paterere me id facere, si uellem? Non amplius, inquis, quinquaginta. Cum Spartaco minus multi primo fuerunt, quid tandem isti mali in tam tenera insula non fecissent? non fecissent autem? immo quid ante aduentum meum non fecerunt? inclusum in curia senatum habuerunt Salaminijs ita multos dies, ut interierint non nulli fame. erat enim praefectus Appij Scaptius, & habe-

habebat turmas ab Appio. id me igitur tu, cuius me hercule os mihi ante oculos solent uersari, cum de aliquo officio, ac laude rogitō, tu me, inquam, rogas praefectus ut Scapius sit? at hoc statueramus, ut negotiatorem ne minem. idq. Bruto probaueramus. Habeat is turmas. cur potius, quam cohortes? sumptu iam nepos euadit Scapius. Volunt, inquis, principes. Scio: nam ad me Ephesum usque uenerunt: flentesque equitum scelerata, & miserias suas detulerunt. itaque statim dedi litteras, ut ex Cyprio equites ante certam diem decederent, ob eamq. causam, tum ob ceteras, Salaminij nos in caelum decretis suis sustulerunt. Sed iam quid opus equitatu? soluent enim Salaminij, nisi forte id uolumus armis efficere, ut fenus quattuordecim ducat. & ego uidebo legere umquam, aut atrin gere eos libros, quos tu uilaudas, si tale quid fecero? ni-

mis, inquam, in isto Brutum amasti, dulcissime Attice: nos, uereor, ne parum. atque haec, scripsi ego ad Brutum, scripsisse te ad me. cognosce nunc cetera. Pro Appio nos hic omnia facimus, honeste tamen, sed plane libenter. nec enim ipsum odimus: & Brutum amamus: & Pompeius a me mirifice contendit; quem mehercule plus plusq. in dies diligo. C. Coelium quaestorem huc uenire audisti, nescio, quid sit: sed Pammenia illa mihi non placet. Ego me spero Athenis fore mense Septembri. tuorum itinerum tempora scire sane uelim. Eui deas Sempronij Rufi cognoui ex epistola Corcyraea. quid quaeris? inuideo potentiae Vestorij. Cupiebam etiam nunc plura garrere: sed lucet: urget turba: festinat Philogenes. ualebis igitur, & ualere Piliam, & Caeciliam nostram iubebis litteris, & saluebis a meo Cicerone.

EXPLANATIO

AB Cincio & Romae res Attici curante. **Id consilium** & consilium Quinti fratris de dimittenda Pomponia, Attici sorore. **Staius autem Quinti libertus.** **ILLVM autem** & Quinctum. **De istis rebus** & de quotidianis litibus cum uxore, epist. I. lib. 5. **MILITIA ue nostra** & Militia uocat, quia cum agmine armato proficisceretur. uide ep. 19. lib. 5. **Nec satis est, &c.** & non mihi satis est, me tibi eum praestare, qui esse debeat: curam etiam suscipiam, ne quid ab illo secus, quam uolumus, fiat. **SOLEO hortari** & ut ista fedit inter patrem, & matrem. **NEQVAM,** & inconsiderati, indiligentis, qui temere scriberet, quidquid in buccam. **IN Trophoniam Chaeronis narratione** & Chaerone loquentem induxerat Dicaearchus in libris *περί τῆς εἰς τροφονίου κατὰ βάσειος*. Athenaeus. **MARE tam secuti** & cum urbes aetiaearent. **De isto Dicaearcho** & glossema, Dicaearcho, suspicor. **NON minus bene &c.** & dignum, cui crederetur, ita Dicaearchum putabat, ut tu C. Vestorium, ego M. Cluuium. Et, quoniam, M. Cluuius, primi correximus: nostra correctio si tui minus probabitur, huic opponemus duorum antiquissimorum exemplarium auctoritatem, Cauacantis, & Belsarionis: quam nos eo facilius secuti sumus, quod & Vestorium Attici fuisse amicissimum, & Ciceronis Cluuium, utrumque Puteolanum, ipse nobis Cicero narrat tum in his epistolis, tum in ijs, quas posterior aeras Familiare inscripsit. **LEPREON** & qui potest esse maritimum, cum Arcadia sit regio mediterranea? Tene autem, Alphaera, & Tritia, maritima opida, ideo putabat Dicaearchus antiqua non esse, quod Homerus *τῶ τῶν γέων καταλόγῳ*, cum naues enumerat e Peloponneso discedentes, mentionem istorum non facit. **TRANSTVLI** & in libros de rep. de quibus ep. I. **VT habeas** & ut corrigas. nam Philiuntos non recte scripseram, analogia deceptus; quod ut ab *ἐπιούσι, σιπούσι, & πούγτιοι, σιπούγτιοι*, item Philiuntos a *ἐπιούσι* deduci putaueram. **PRAETER Ciliciae** & Asiaticarum igitur dioecesium, non Ciliciensium, forum egit, ep. I. lib. 5. & fam. lib. 13. epist. 60. **SVIS legibus** & uide ep. I. **IPSORVM furta Graecorum** & cur, Ipsorum? quia Romani magistratus iuri dicundo, pecunijs autem publicis administrandis Graeci ipsi praeerant, primus autem Cicero permisit, ut ad ius dicendum suis etiam legibus, iudicijsq. uterentur: cum antea Romanis legibus ius dicerent Romani homines, aut qui prouinciae praeerat, aut ab ipso dati. **REDDIDERVNT.** & debitas pecunias, Vestigalia autem publicani quinquo quoq. anno de censoribus redimebant: & quinquennale spatium Lustrum dicebatur. Varro. **Ex illa uetere militia.** & quod me iam pridem antelucanis ambulationib. consuetudo assuefecit, cum ita me excitabat, exercebatq. ambitio, ut in bello milites uictoriae cupiditas. **EMERENTVR.** & annua prouinciae administratio terminatur. sic Emeritum annuum tempus, (ep. 5.) pro confectum, & emerentur proprie stipendia militibus. **CYRIONIS nostri** & tribuni pl. qui S. C. fieri de prouincijs non patiebatur. **Te uidebo** & quia nihil noui de prouincijs decerneretur: itaque utar ea de prouincijs non patiebatur. **Te uidebo** & quia nihil noui de prouincijs decerneretur: itaque utar ea de prouincijs non patiebatur. **IN mea prouincia** & cum Salaminij. **REGNO** & Ariobarzani. ep. I. **TVRVLENTIS in rebus** & cum paene ciuilibus insidijs opprimijs. **REGNO** & Ariobarzani. ep. I. **A PROXIMA quidem syngrapha,** & quid, si, A prima quidem pressus est. lib. 5. ep. 20. fam. lib. 13. ep. 2. **A PROXIMA quidem syngrapha,** & quid, si, A prima quidem syngrapha? ut centesimae ducerentur, & a prima syngrapha, & cum anatocismo. **Nec perpetuis** & nec sine fenoris renouatione, sed ut & ipsae a Salaminijs soluerentur, & ipsarum item usurae, ducta ratione per singulos annos, quantum e centesimarum fenore noni fenoris crearetur, ita centesimae non perpetuae ducebatur, sed renouatae quotannis: quod supra dixit, Cum anatocismo, ep. I. **QVI ais** & qui uerum est id, quod scribis? **HABEBAT in syngrapha** & non simul stant, uelle aliquid perdere, & habere quattuordecim in syngrapha, quod est hominis praeter modum cupidi. **FERI non poterat** & etenim erat interitus ciuitatis, ep. 21. lib. 5. **Ego pati possem** & qui in edicto translatio, centesimas me obseruatu- rum, haberem, cum anatocismo anniuersario, nihil ultra, epist. I. **AVLI lex** & Auli Gabini. **DE ita sumpta** & de uersura, uetabat lex Gabinia ius dici, hoc est, debitores in iudicium uocari a creditoribus de pecu-

de pecunia, quam uersura facta sumpserunt, id ob eam causam, ne prouinciales homines Romae uersuram faciendo exhaurirentur. **IUS diceretur ista syngrapha** & ut Salaminij, Scaptio, & Matinio non soluentes, iudicio cogi possent. **HABET iuris idem**, & ista syngrapha nihil habere debet praeceipi iuris, sed idem, quod ceterae, hoc inquam, ut obseruentur centesima e cum anatocismo. tantum enim senatus decreuit, ut ne ue Salaminis, ne ue ijs, qui dedissent, fraudi esset; iusq. diceretur ex syngrapha inter Salaminios, & feneratores facta: quod sine S.C. non potuisset, lege Gabinia uetante. ergo hoc senatus decreuit, ut & dantibus, & accipientibus caueretur: id non decreuit, ut a senatoribus exigerentur quaternae: quod Scaptius postulabat. epist. 5. **ORDINE** & sapienter, inde ductum, quod in ordine consideratione inest, & in consideratione sapientia. Sic Philippica 3. Recte, atque ordine, eq. rep. fecisse, & facere. **SPARTACO** & qui seruile bellum excitauit. **TENERA insula** & imbelli, & delicijs potius, quam armis, dedita: quam uel paucis equitibus posset Scaptius ad libidinem uexare. contra dixit Virgilius, Scipiadas duos bello. **NEGOTIATOREM neminem** & praefectum haberemus. **CVR potius, quam cohortes** & fingit se mirari, cur Scaptius, cum pedites minore impensa possit alere, equites tamen malit: sed occulte significat, Scaptij consilium esse, ut equitibus ad extorquendas pecunias, insulamq. diuexandam utatur. quod peditum non ita firmo praesidio minus aueret. Et de peditibus, Cohors, dicitur; de equitibus, Turma, itaque in oratione pro Marcello pedites equitesq. significat, cum inquit: Huius gloriae Caesar, quam es paulo ante adeptus, focium habes neminem: nihil tibi cohors, nihil turma decerpit. **NEPOS** & is est, qui rem temere profundit, sed est in Scaptium ironia, qui, non quia nepos esset, sed, quia rapinas, & uim cogitaret, ideo turmas mallet, quam cohortes. **PRINCIPES** & Cyprj. **SCIO** & ἐπιφανέως: ex hoc, inquit, iudica, num uelint, quod ad me Ephesum &c. **Eos libros** & quos de rep. & de optimi ciuis officio scripsi. l. 4. ep. 16. l. 6. ep. 1. l. 2. ep. 3. l. 8. ep. xl. l. 10. ep. 4. & ad Q. fr. l. 3. ep. 8. **NIMIS, inquam** & inquam, dicit, quasi eandem sententiam repetat. nam supra, licet non plane dixerit, non obscure tamen significauit, nimis ab Attico Brutum amari, ut in eo loco, Ausus es hoc ex ore tuo & **SCRIPSISSE te ad me** & ut equites Scaptio ad cogendam pecuniam darem. **Hic omnia facimus**, & ne a Dolabella accusatus, prouincialium hominum testimonijs oppugnetur. fam. ep. 10. l. 3. ad ipsum ita scribit: De me tibi sic promitto, atque confirmo; me pro tua dignitate in hac prouincia, cui tu praefuisti, rogando, de peccatoris; laborando, propinqui; auctoritate, cari hominis apud ciuitates, grauitate, imperatoris, suscepturum officia, atq. partes. **HONESTE tamen** & quatenus honeste possum. quasi essent nonnulla, quae fieri pro Appio non honeste possent. **NEC enim ipsum odimus** & quamquam & inimici mei frater fuerit, & inimicus ipse. **BRUTUM** & Appij generum. fam. lib. 3. ep. 2. **POMPEIUS** & cuius filius Appij filiam habebat in matrimonio. fam. lib. 3. ep. 4. **QUAESTOREM** & quem postea decedens prouinciae praefecit. fam. ep. 15. lib. 2. **PAMMENIA illa** & quae acta sunt de domo pueri Pammenis. supra lib. 5. epist. 20. **CORCYRAEA** & quam Corcyra dedisti. **POTENTIAE Vestryj**, & cui controuersia fuerit cum homine tam fatuo, tam nullius consilij. hic est Sempronius Rufus, qui Rufio per irrisionem uocatur epist. 2. lib. 5. idem qui in epist. M. Coelij, fam. epist. 7. lib. 8. **CAECILIAM** & Attici filiam. **LITTERIS** & cum Romam scribes,

Cicero S. D. Attico. 3.

ETSI nil sane habebam noui, quod post accidisset, quam dedissem ad te Philogeni, liberto tuo, litteras: tamen, cum Philotimum Romam remitterem, scribendum aliquid ad te fuit. ac primum illud, quod me maxime angebat, (non quo me aliquid iuuare posses: quippe res est in manibus: tu autem abes longe gentium:

Πολὸν δ' ἐν μετ' ἀρχῆσιν

Νότος κληῖται πλούματ' ἀρείνης ἀλός) obrepit dies, ut uides, (mibi enim ad III. Kal. Sext. de prouincia decedendum est) nec succeditur, quem relinquam, qui prouinciae praesit? ratio quidem, & opinio hominum postulat fratrem: primum, quod uideatur esse honos: nemo igitur potior: deinde, quod solum habeo praetorium. Pontinius. n. ex pacto, & conuentu (nam ea lege exierat) iam a me disceserat. Quaestorē nemo dignum putat: etenim est leuis, libidinosus, sagax. De fratre autē primum illud est: persuaderi non posse arbitror: odit. n. prouinciam, & hercule nihil odiosus, nihil molestius. deinde, ut mihi nolit negare; quidnam mei sit officij, cum bellum esse in Syriam magnum putetur, id uideatur in hanc prouinciam erupturum; hic praesidij nihil sit; sumptus annuus decretus sit: uideatur ne aut pietatis esse

meae, fratrem, aut diligentiae, nugarum aliquid relinquere. Magna igitur, ut uides, sollicitudine afficior, magna inopia consilij, quid quaeris? toto negotio nobis opus non fuit. quanto tua prouincia melior? decedes, cum uoles: nisi forte iam decessisti, quem uidebitur, praesicies Theoprotiae, & Chaoniae. nec dum tamē ego Quintum conueneram; ut iam, si id placeret, scire, posset ne ab eo impetrari: nec tamen, si posset, quid uellem, habebam. Hoc est igitur eiusmodi; reliqua plena adhuc & laudis, & gratiae, digna ijs libris, quos dilaudas. conseruatae ciuitates; cumulate publicanis satisfactum: offensus contumelia nemo, decreto iusto, & seuerio perpauci, nec tamē quisquam, ut queri audeat res gestae dignae triumpho: de quo ipso nihil cupide agemus, sine tuo quidem consilio certe nihil. Clausula est: difficilis in tradenda prouincia. sed haec deus aliquis gubernabit. De urbanis rebus scilicet plura tu scis; saepius, & certiora audis. equidē doleo, non me tuis litteris certiorē fieri. huc. n. odiosa afferebantur de Curione, de Paulo: non quo ullum periculum uideam stante Pompeio, uel etiam sedente; ualeat modo: sed me hercule Curionis, & Paulli, meorum familiarium, uicem doleo, formam igitur mihi totius

ius reip. si iam es Romae, aut cum eris, uelim mittas : quae mihi obuiam ueniat, ex qua me fingere possim, & praemeditari, quo animo accedam ad urbem. Est enim quiddam, aduenientem non esse peregrinum, atque hospitem. Et, quod paene praeterij, Bruti tui causa, ut saepe ad te scripsi, feci omnia. Cyprij numerabant: sed Scaptius centesimis, renouato in singulos annos fenore, contentus non fuit. Ariobarzanes non in Pompeium prolixior per ipsum, quam per me in Brutum: quem tamen ego praestare non poteram. erat enim rex per pauper; aberatq. ab eo ita longe, ut nihil possem, nisi litteris; quibus pugnare non destiti. summa haec est, pro ratione pecuniae liberius est Brutus tractatus, quam Pompeius. Bruto curata hoc anno talenta circiter 60, Pompeio in sex mensibus promissa 600. in Appij negotio quantum tribuerim Bruto, dici uix potest, quid est igitur, quod laborum? Amicos habet meras uagas, M. Scaptium: qui, quia non habuit a me turmas equitum, quibus Cyprum uexaret, ut ante me fecerat, fortasse succenset: aut quia praefectus non est; quod ego nequini tribui negotiatori, non C. Venonio, meo familiari, non tuo M. Lenio; & quod tibi Romae ostenderam, me seruaturum, in quo perseuerauit, sed quid poterit queri is, qui, auferre pecuniam cum posset, noluit? Scaptio, qui in Cappadocia fuit, puero esse satis factum. is a me tribunatum cum accepisset, quem ego ex Bruti litteris ei detulisset, postea scripsit ad me, se uti nolle eo tribunatu. Caius est quidam; cui praefecturam detulisset Bruti rogatu, multa & dixit, & fecit cum quadam mea contumelia, P. Clodij Caius. is me nec proficiscentem Apameam profecutus est; nec, cum postea in castra uenisset, atque inde discederet, niquid uellem, rogauit; & fuit aperte mihi, nescio quare, non amicus. hunc ego si in praefectis habuisssem, quem tu me hominem putares & qui, ut scis, potentissimorum hominum contumaciam numquam tulerim, ferrem huius affectae & etsi hoc plus est, quam ferre, tribuere etiam beneficij aliquid, & honoris, is igitur Caius, cum Apa-

meae me nuper uidisset Romam proficiscentem, me ita appellauit: (Culleolum uix auderem) Vnde, inquit, me iubet petere cibaria? profecto respondi lenius, quam putabant oportuisse, qui aderant: me non insuluisse ijs dare cibaria, quorum opera non essem usus. abijt iratus. huius nebulonis operatione si Brutus moueri potest, licebit eum solus ames, me aemulum non habebis. sed illum eum futurum esse puto, qui esse debet, tibi tamen causam notam esse uolui: & ad ipsum haec perscripsi diligentissime. omnino (soli enim sumus) nullas unquam ad me litteras misit Brutus, ne proxime quidem de Appio, in quibus non inesset arrogans, & alienis utro aliquid tibi autem ualde solet in ore esse, grauius autem. Non contemnere se, & reges odisse superbos, in quo tamen ille mihi risum magis, quam stomachum, mouere solet. sed plane parum cogitat, quid scribat, aut ad quem. Q. Cicero puer legit, ut opinor, & certe, epistolam inscriptam patri suo, solet enim aperire, idq. de meo consilio; si quid forte sit, quod opus sit sciri, in ea autem epistola erat illud idem de forore, quod ad me. mirifice conturbatum uidi puerum lacrymans mecum est questus. quid quaeris? miram in eo pietatem, suauitatem, humanitatemq. perspexi: quo maiorem spem habeo, nihil fore aliter, ac deceat. id te igitur scire uolui. Ne illud quidem praetermittam. Hortensius filius fuit Laodiceae cum gladiatoribus flagitiose, & turpiter. hunc ego patris causa uocaui ad cenam, quo die uenit: & eiusdem patris causa nihil amplius. is mihi dixit, se Athenis me expectaturum, ut mecum decederet. recte, inquam, quid enim dicerem? omnino puto nihil esse, quod dixit. non quidem; ne offendam patrem, quem me hercule ualde diligo. si fuerit meus comes, moderabor ita, ne quid eum offendam, quem minime uolo. Haec sunt, etiam illud. Orationem Q. Celeris mihi uelim mittas contra M. Seruilium, litteras mitte quamprimum, si nihil fuerit, uel per tuum tabellarium. Piliae, & filiae salutem. Cura ut ualeas.

EXPLANATIO

IUARE posses: non ideo scribendum ad te fuit, quod me iuare posses: quippe res dilationem non fert. tu autem ab urbe longe abes. l. 5. ep. 20. 21. Πολλὰ, &c. quid significat? hoc: magnum est interuallum: multa interiacent. Est autem hemistichium, & senarius integer, ex uetere aliquo tragico. **N**EMO igitur potior & neminem igitur fratri debeo praeferre: si honos est, fratre mihi nemo debet esse potior. Alij, Bonos, pro, Honos, contra ueteres libros Caualcantis, & Bestarionis: nec mihi satis probata sententia. **P**ONTINVS & qui erat & praetorius, & triumphalis. Ea lege & ut, cū uellet, a me discederet. **Q**VAESTOREM & Coelius nondum uenerat. Mescinium igitur intellige, de quo ep. 4. & 5. **S**AGAX & quaero dictionem, quae uituperet. nam Sagacitas neque uitium significat, neque laudem: Rapax, aut quid simile, cum sententia congrueret: sed libri ueteres, Sagax, ut fortasse referri possit ad furta: quasi praedae latētis callidus indagator. **D**ECRETVS & mihi ad annuam provinciae administrationem, cuius anni cum circumactus orbis sit, (adest enim dies ad decedendum constituta, III. Kal. Sext.) frater, publico sumptu destitutus, qui tantum bellum sustinebit? **F**RATREM: & cum bellum periculo sissimū impedeat. **N**VGARVM aliquid & leuem hominem Mescinium. non pius, si fratrem relinquo; non diligens, si quaestorem, rei militaris expertem. Nam, si fratrem relinqueret, esset quidem diligens, at non pius. ep. 4. **T**VA provincia tua Epirotica negotiatio. **T**HESPROTIAE, & Chaoniae rebus tuis curandis in Thesprotia, & Chaonia: quae sunt Epiri loca. **C**ONVENERAM & te uerterat ex Asia in Ciliciam, in qua fratrem hibernis praefectum reliquerat, sed eum tamen nondū conuenerat. l. 5. ep. 21. **S**I id placeret & si mihi placeret, eum provinciae praepone. **Q**UID uellem & utrum mihi placeret, relinquere, nec ne. **S**ATISFACTVM & quod difficillimum est, provincialibus simul, & publicanis satisfacere. ep. 1. **R**ES gestae & quas enumerat ep. 10. l. 5. & fam. l. 2. ep. 10. & l. 1. 5. ep. 4. **C**LAVSVLA difficilis in tradenda provincia & hoc extremum nō facile possum explicare, quis me decedete provinciae praeficiatur. **C**ERTIORA & qui ab urbe propius absis.

De Curione, de Paulo. & C. Scribonio Curione tribuno pl. L. Aemilio Paulo consule, utroque; Caesaris causam defendente, accepta grandi pecunia. **VICEM** & quod publicam causam deseruerint. **CONTENTVS non fuit.** & quaternas centesimas postulauit. ep. 21. l. 5. **IN Pompeium, &c.** & Ariobarzani creditorem. ep. 1. **PROLIXIOR** & facilius, liberalior, unde Prolixa, & benefica natura, in ep. ad Appium, nec alibi semel, & fere in hanc sententiam. **PER ipsum** & ipsius Pompeij causa. **PRAESTARE** & Praestare aliquem dicimus, cum efficitur, ne quid is committat secus, quam uolumus: ut ad **Q. fr. l. 1.** In hac custodia prouinciae non te unum, sed omnes ministros imperij tui socijs, & ciuibus, & reip. praestare debes, & ad eundem l. 3. Ego Messallam Caesari praestabo. **LIBERTVS** & maneo in mea ueteri sententia, ut, **Liberalius**, reponendum sit, non correxi tamen, quia libri scripti in dictione, **Libertus**, omnes consentiunt. **PROMISSA** & Pompeio promissa, Bruto curata. c. c. & usurae nomine, ut apparet ep. 1. dixit autem, c. c. numero absoluto, cum tamen ea summa duobus talentis minor esset: siquidem singulis mensibus soluebantur talenta 33. ut legimus ep. 1. **IN Appij negotio** & quem a Dolabella accusatum, omnibus officijs, Bruti maxime causa, subleuauit. ep. 2. & fam. l. 3. ep. 10. **QVOD laborem** & quid est igitur, quod animum meum sollicitet, cum in Ariobarzane, & in Appij negotio cumulate Bruto satisfecerim: & sollicitat, quod proxime scribam: in quo uereor, ne Bruto satisfactum non sit. **AMICOS habet meras nugas**, & dubitatur, cum, Amicos, dicat multitudinis numero, cur proxime unum nominet M. Scaptium. dubitantibus responderetur, plures nominari, primum M. Scaptium, deinde alterum Scaptium, postremo Caium, nam, quod Non omnis accusandi causa subiecit, figura est Ciceroni usitata, ut ep. 2. His ego duobus facultatem ciuitatibus ad se aere alieno liberandas dedi: uno, quod omnino nullus in imperio meo sumptus factus est. Hic cum expectari uideretur, Altero, quod, uno, responderet; attende, quid subiecit. Hac autem re, incredibile est, quantum ciuitates emergerint, accessit altera, mira erant, &c. **MERAS nugas**, & leues homines, & quos amioerum numero habere Brutus non debeat. **M. SCAPTIVM** & in Bellarionis libro, Manium Scaptium. supra tamen de M. Scapio legitur, non Manio, ep. 21. l. 5. & l. 6. Nam, quod alij Matinium ex Manio faciunt, necessariam correctionem putantes: mihi secus uidetur, tantum. n. eos nominat, quos re cognitos Meras appellare potest, duos Scaptios, & Caium, Matinium dixit l. 5. ep. 2. non nouisse. praeterea iam ostendi, non esse, cur mutetur, cum dicitur, Amicos, inferiora spectet. hoc addam, obseruasse me, in antiquis libris Manium saepe esse, ubi in impressis Marcum. addam & hoc, quod fortasse nonnullis alienum a proposito uidebitur, ego tamen gratum fore puto ueterum monumentorum studiosis: Manium tamen praenomen esse, quam Marcum; deriuatum a mane, ut & Lucium praenomen a luce. & ut a mane Manius praenomen, a Manius Manilius nomen: (pro familia usurpabatur) sic a luce Lucius, a Lucius Lucilius, nomen a praenomine. Et, quonia, ut diximus, in duobus praenominibus, Manio, & Marco, scripti libri saepe dissentiunt ab impressis: inde natus error, quod praenomina ueteres fere una littera significabant: ut diuinandum fuerit, M. utrum significaret, Manius, an Marcus: cum Manius unica littera, sicut Marcus, scriberetur, una tantum adiecta lineola, quae M. ad Manij significationem, ante fecat, sic, M'. **ME SERVATVRVM**, & ne praefecturam negotianu darem. l. 5. ep. 21. & l. 6. ep. 1. **NOLVIT** & contentus. n. centesimis, & anatocismo Scaptius non fuit. ep. 21. l. 5. & 2. l. 6. **SCAPTIO**, & non is, de quo proxime supra, sed is, de quo ep. 5. **TRIBVNATVM** militum. **CAIVS** & Bellarionis liber, Gaius. forte, Gaius: ut sitis, de quo ep. 5. **P. CLODII canis** & cum Clodius uiueret. Tamen, inquit, amicum, & asseclam inimici mei ornare uolui praefectura, rogatus a Bruto. Sic in oratione in Pisonem, Clodianum canem appellat Sex. Clodium. **Si in praefectis habuissim**, & apparet, Ciceronem Caij opera usum non esse, cum tamen ei praefecturam deuulisset. ep. 3. **CULLEOLVM** uix auiderem? fam. l. 13. ep. 41. scribit ad L. Culleolum prouinciae praefectum: sed, eum hic significari, mihi non sit uerisimile. Culleolum alium, nullius pretij hominem, uidetur intelligere. **PETERE cibaria**: & quae praefectis de publico dabatur. **OPERATIONES** reponunt nonnulli, Oratione: quod languidius uidetur. Operatio ualeat turpis instigatio. **DE Appio**, & eum Appium, socerum suum, a Dolabella accusatum, mihi commendat. fam. ep. 9. l. 8. **GRAVIVS autem** & sine dubio sumptum ex uetere poeta, & forte ita scribendum:

Granius autem,

Non contempere se, & reges odisse superbos. Ut Granius, falsum hominem, & dicacem, cuius mentio in libro de claris oratoribus, poeta nominet, ita dicere solitum, Ego neminem contempno, ne me quidem, sed superbos odi. Vides igitur, Attice, superbiam ex illo uersu non amandam. **IN quo** & cum ad me arroganter scribit. **INSCRIPTAM patri suo**: & a te missam. **APERIRE** & ante quam ad Quintum patrem mittatur. is autem, Cicerone in Asiam proficiscente, praefectus in Cilicia manserat. ep. 21. l. 5. **De sorore** & te audisse, illum nelle forori tuae Pomponiae nuncium remittere. **NIHIL fore aliter, ac deceat** & diuorum minime futurum. **NIHIL amplius** & alij sic interpretantur: Hortensium filium non reprehendi, ne patrem offenderem, quasi nero patres reprehendentibus flagitiosos filios irasci aut soleant, aut debeant. Ego potius sic, ad cenam uocauit, quod esset Hortensij filius: alij eum officijs non sum prosecutus, ne pater, cui scio odiosum, inuisumque esse, moleste ferret, quasi ipsius iudicium reprehenderem, odium enim Hortensius orator filium, quam diu uixit: heredem tamen moriens, reliquit. haec Valerius l. v. c. ix. **Ne offendam patrem**, & si filium habeam in comitatu meo. **MODERATOR** & si comitem effugere non potero, quod reliquum erit, ira eum tractabo, ut facile intelligat pater, quem ipse oderit, nec a me diligi. **SI nihil fuerit**, & hic uidetur legendum, Etiam si nihil fuerit, Bellarionis liber, pro, Fuerit, habet, Fieri.

Cicero S. D. Attico. 4.

TARSVM uenimus non. Iam ibi me multa mone- runt, magnum in Syria bellum, magna in Cilicia latrocinia. Mibi difficilis ratio administrandi, quod pau- cos dies habebam reliquos annuū numeris: illud autem difficillimum: relinquendus erat ex S. C. qui praeesset. nihil minus probari poterat, quam quaeſtor Meſſinius. nam de Coelio nihil audiebamus. rectissimum uideba- tur, fratrem cum imperio relinquere: in quo multa molestia, discessus noster, belli periculum, militum im- probitas, sexcenta praeterea. o rem totam odiosam. sed haec fortuna uiderit: quoniam consilio non multum uti licet. Tu, quando Romam saluus, ut spero, uenisti, ui- debis, ut soles, omnia, quae intelliges nostra interesse, in primis de Tullia mea: cuius de cōdicione quid mihi pla-

ceret, scripsi ad Terentiam, cum tu in Graecia esses: deinde de de honore nostro, quod n. tu abfuisſi, uereor ut satis diligēter actum in senatu sit de litteris meis. Illud prae- terea μυσικώτερον ad te scribam, tu sagacius odorabere. τὸ δ' ἀμαρτόν μου ὁ ἀπελάθειρος (οἶδα δ' ἂν λέγω) ἐδο- ξέ μοι παρ' ἐν, ἐξ ἂν ἀλογώδεις παρεθύγγετο, περὶ ἀκρί- ναι τὰς ψήφους ἐκ τῆς ἀγῆς ἢ ὑπαρχόντων τοῦ Κροτωνιάτου τυραννοκτόνου δέδοικα δὴ μὴ τι γούσης, εἰς δὴ τοῦ τοῦ τοῦ ἀπολαύμενος, ἡ λοιπὰ ἐξ ἀσφαλείας. non queo tantum, quantum uereor, scribere. Tu autem fac, ut mi- hi tuae litterae uolent obuiat. Haec festinus scripsi in itinere, atque agmine. Piliae, & puellae Caeciliae bel- lissimae salutem dices. Vale.

EXPLANATIO

DISCESSVS noster, & si a fratre seiungat. De Tullia mea & de matrimonio. ep. i. De litteris meis & ad senatum, supplicationis honorem postulantibus. Ὁ ἀπελάθειρος & libertus Philorimus. Περὶ ἀκρίνας τὰς ψήφους & rationes miscuisse, turbasse: id est, minus bona fide egisse in emptione bonorum Mi- lonis. Κροτωνιάτου & Milonem designat, Milonis Crotoniatae, cuius insignis fortitudo fuit, cognomine, & τυραννοκτόνον appellat, qui P. Clodium, pernicioſa molientem, occiderat. μὴ τι γούσης & ne quid in- telligas. hoc Graeca uerba significant: ego tamen aliquid desidero, ut potius, Ne quid non intelligas, di- xerit. neque enim aperte scribebat, sed μυσικώτερον. aut, μὴ γούση: ne quid resciscat Philotimus. εἰς δὴ τοῦ & placeret, εἰ δὴ τοῦ, nisi uereres libri repugnarent. esset enim ἐν δὴ τοῦ τοῦ τοῦ, hoc quidem unum. QVAN- TVM uereor, & de rationibus a Philotimo minus sincere administratis. AGMINE & militum. ep. 20. lib. 5. & 1. lib. 6. Et Suetonius in Domitiano: In expeditione, & agmine, equo rarius, lectica assidue ue- tus est.

Cicero S. D. Attico. 5.

NUNC quidem profecto Romae es: quo te, si ita est, saluum uenisse gaudeo: unde quidem quam diu abfuisſi, magis a me abesse uidebare, quam si domi esses. minus enim mihi meae notae res erant, minus etiam publicae. quare uelim, & si, ut spero, te haec le- gente aliquantum tamen uiae processero, tamen obuias mihi litteras quam argutissimas de omnibus rebus cre- bro mittas, in primis de quo scripsi ad te antea. τῆς ξυγατρὸς τῆς ἐμῆς ὁ ὕψελθ' ἀειρος, ἐδοξέ μοι θαυμάσιον ἔργον, καὶ ἀλύων τοῖς ξυλλόγοις, καὶ ταῖς λέξεσι ὑπό τι περὶ ἀκρίνας τὰς ψήφους ἐν τοῖς ὑπαρχούσι τοῖς τοῦ Κροτωνιάτου. hoc tu indaga, ut soles, ast hoc magis ἐξ ἀσεως ἐπιλόφου τειχῶν παρεδωκεν ἡμῶν γάμου ὀφειλήματα ὁ Κάμιλλος, αὐτὸν τε ὁ φείλοντα μνάς καδ. ἐκ ἢ Κροτωνια- τικῶν, καὶ ἐκ ἢ χερσονησιατικῶν μὴ καὶ κληρονομούσας χμ. κ. μ. τοῦ τῶν δὲ μιδὲ ὀβολόν διαλύσασθαι πάντων ὀφειληθέντων τοῦ δούτερου μινὸς τῆ γουμνία. τὸν δὲ ἀπε- λάθειρον αὐτοῦ, ὄντα ὁ μῶνυμον τῶ Κόναως πατρὶ, μὴ δὲν ὀλοχερῶς περροντικένας. ταῦτα ὁ αὐ, παρ' ὅτου μὲν, ἵνα πάντα σώζη: δούτερον δὲ, ἵνα μὴ δὲν ἢ τὸ καιὸν ὀμυγαρή- σης ἢ ἀπὸ τῆς προεκακήμενης ἡμέρας, ὅσας αὐτὸν ἡγέχα- μεν, σφόδρα δέδοικα. καὶ γὰρ παρ' ὅς ἡμᾶς κατασχε- ψόμενος, καὶ τι χεῖρόν ἐλπίσας. ἀπογούσης δὲ ἀλόγως ἀπέ-

σω ἐπιπαῶν, αἰχρῶν τοι διπρόγυτε μένειν. meq. obiurgauit uetere prouerbio, τὰ μὲν δ' ἰδόμενα. reliqua uide, & quantum fieri potest, perspiciamus. & si annum tem- pus prope iam emeritū habebamus: dies enim xxxiii. erant reliqui: sollicitudine prouinciae tamen uel ma- xime urgebamus. cum enim arderet Syria bello; & Bi- bulus, in tanto maerore suo, maximam curam belli sus- tineret; ad meq. legati eius, & quaeſtor, & amici lit- teras mitterent, ut subsidio uenirem: etsi exercitum in- firmum habebam, auxilia sane bona, sed ea Galatarū, Pisidarum, Lyciorum; (haec enim sunt nostra robora) tamen esse officium meum putauī, exercitum habere quamproxime hostem, quoad mihi praeesse prouinciae per S. C. liceret, sed, quo ego maxime delectabar, Bibu- lus molestus mihi non erat; de omnibus rebus scribebat ad me potius. & mihi decessionis dies λεληθῶτως obre- pebat, qui cum aduenerit: ἄλλο σφέβλημα, quem praeficiam, nisi Coelius quaeſtor uenerit; de quo adhuc ni- hil certi habebamus. Cupiebam mehercule longiorem epistolam facere: sed nec erat res, de qua scriberem; nec iocari prae cura poteram. ualebis igitur, & puellae sa- lutem articulate dices, nostraeq. Piliae q.

V 2 EXPLA.

EXPLANATIO

QVAM si domi esses: quam si esses Romae. & tamen minus a me aberas, in Graecia cum esses. **Q**VAM argutissimas & quae uel tenuissima quaeque subtiliter admodum, & curiose persequantur. Argutum enim ualeat tenae, & subtile; unde Arguta ille Virgilius, quasi tenui sibilo susurrans, & de muliere apud Propertium. Argutat noctibus ignes: pro, narrat suos amores ea uoce, quae sua tenuitate femineam molliorem indiget. Ita locutus est M. Coelius fam. lib. 8. epist. 1. Data opera, paravi, qui sic omnia persequeretur; ut uereat, ne tibi arguta nimium haec sedulitas uideatur. *ἢ ἄρα ἐπιταλάου ἔτι.* ex urbis septicolliis moenibus scriptum ad me Camillus aes alienum uxoris meae: ipsam tamen ex bonis Crotoniatae debere minas. **XXIV.** & ex bonis Cherrhonesticis. **XXI. IX.** & ex quibusdam bonis hereditum fuisse. **DE XI.** tum uero eam ne obolum quidem dissoluisse ex omni aere alieno Kalendis alterius mensis: eiusdem uero libertum, cognominem patri Cononis, in uniuersum nihil curasse, hoc igitur primum, ut omnia seruentur: alterum uero, ut ne uaras quidem floceifacias, quae ducendae sunt ab ante dicta die, sane per eos dies, quibus illi peruli, magno in timore sui. erat enim apud nos, ut exploraret, ac nonnulla etiam spe adductus: quae cum excidisset, remere abiit, fatus, turpe remanere diu, uacuumque reuerti. nunc interpretemur. **CROTONIATAE** & Milonis, **MNAS** & exactas **CHERRHONESTICIS** in Cherrhonesto exactis. epist. 1. **COGNOMINEM patri Cononis** & Timotheum igitur. **AB ante dicta die** & a Kalendis alterius mensis. **NONNULLA etiam spe adductus** & ex quo apparet, eum inopia rei pecuniariae laborare, cum a me dona expectarit. **TURPE** & Homeri uerbus est in Iliade, lib. 6. ab Ulyse pronunciatum. *Τὰ μὲν δὲ δὲ μὲν.* & quae dantur & subaudi, tenenda: ut dicat, bonorum Milonis possessionem non esse dimittendam. **MAIORE suo** & propter duos filios, a Gabinianis militibus interceptos, Caesar lib. 11. de bello ci. & Valerius lib. IV. cap. 1. **QUAESTOR** & Caninius: ad quem scribit fam. 1. 2. epist. 17. **GALATARYM, Pisidarum, Lyciorum,** & quae nationes non parebant populo R. excepta Pisidiae parte. de quo diximus initio libri V. Lycios a Sulla libertate donatos, ait Appianus in Mithridatico. **MOLESTVS mihi non erat,** & non rogabat, ut subsidio uenirem, fam. lib. 2. ep. 17. **COELIUS quaestor** & cognomine Calvus, ep. 19. lib. 2. fam. Eum Cicero decedens provinciae praefecit. ep. 6. **ARTICULATE** & huius uerbi uim uideo multos ignorare: & fuisse etiam, qui mutandum censuerunt; & legendum, Atticae, pro, Articulate. Articulate, ualeat dissoluite, sumpta metaphora a membris in corpore articulatim diuisis, erat autem, adhuc infans Atica, quae neque satis integre proloqui, neque loquentem quiret intelligere, nisi articulate pronunciasse. est enim articulus in oratione, ut inquit scriptor rhetoricorum ad Herennium, cum singula uerba interuallis distinguuntur, caesa oratione, hoc modo: Acrimonia, uoce, uultu aduersarios perterriti. libro etiam 1. de legibus contraria posui, Fulse, & articulatim & Gellius lib. V. cap. IX. satis aperte huius uerbi significationem ostendit. Filius, inquit, Crochi regis, cum miles patrem stricto gladio inuaderet, regem ignorans; plane & articulate elocutus est, *ἢ ἄρα πρῶτον, πρῶτον ἐν Κροχῶν.*

Et Lucret. IV. 67.

- „ Ac, ubi non longum spatium est, unde illa profecta
- „ Perueniat uox quaeque: necesse est uerba quoque ipsa
- „ Plane exaudiri, discerniq. articulatim.

Cicero S. D. Attico. 6.

EGO, dum in proximitate omnibus rebus Appium orno, subito sum factus accusatoris eius socer. id quidem, inquis, dii approbent. ita uelim: ne quia capere certo scio: sed crede mihi, nihil minus putaram ego, qui de Ti. Nerone, qui mecum egerat, certos homines ad mulieres miseram, qui Romam uenerunt factis sponsalibus. sed hoc spero melius: mulieres quidem ualde intelligo delectari obsequio, & comitate adolescentis. cetera nonli *ἢ ἄρα ἄλλο.* Sed heus tu, *πυρρός ἐς δῆμον* Athenis, placet hoc tibi? etsi non impediabam mei certe liberti: non enim ista largitio fuit in ciues, sed in hospites liberalitas. me tamen de Academiae *ἠρονία* iubes cogitare; quoniam Appius de Eleusine non cogitet. De Horensio te certo scio dolere: equidem exorcior: decreueram enim cum eo ualde familiariter uiuere. Nos provinciae praefecimus Coelium puerum, inquit, & fortasse satuum, & non grauem, & non continentem. assentior: fieri non potuit aliter. nam, quas multo antea tuas acceperam litteras, in quibus *ἢ ἄρα* te scripseras, quid esset mihi faciendum de relinquendo; ea me pungebant. uidebam enim quae tibi essent *ἢ ἄρα* causae,

(Et erant eadem mihi) puero ne traderem fratri aut illud non utile nobis. nam praeter fratrem nemo erat, quem sine contumelia quaestori nobili praesertim, ante ferret. tamen, dum impendere Partis uidebantur, stauerunt fratrem relinquere, aut etiam reip. causa contra S. C. ipse remanere, qui postea quam, incredibili felicitate, discesserunt; sublata dubitatio est. uidebam sermone. Huius fratrem reliquit? num est hoc non plus annum obtinere provinciam? Quid, quod senatus eos uoluit praesesse provinciam, qui non praesuisent? at hic triennium. Ergo haec ad populum. quid, quae tecum? numquam essam sine cura, si quid iracundius, aut contumeliosius, aut negligentius, quae fortuita hominum? quid, si quid filius puer, & puer bene sibi fidens & qui esset doctor? quem pater non dimittebas; neque id esse, moleste ferere. at nunc Coelius, non dico equidem, quod egerit; sed tamen multo minus laboro. Adde illud. Pompeius, eo robore uir, & radicibus, Quae sine sorte delegit, Caesar Antonium: ego sorte datum offenderem? aut etiam inquirerem in eum, quem reliquissim? hoc melius: & uicinis rei puer a exempla. senectuti quidem nostrae profecto aptius. at te apud eum, dii boni, quam.

ni, quanta in gratia posui: eiq. legi litteras non tuas, sed
 librarij tui. Amicorum litterae me ad triumphum uo-
 cant, rem a nobis, ut ego arhiutor, propter hanc *παύση*.
νεοεσται nostram, non negligendam. quare tu quoque,
 mi Attice, incipe hoc cupere; quo nos minus inepti ui-
 deamur. Vale.

EXPLANATIO

ACCVSATORIS eius: P. Coineij Dolabellae. *Mecum egerat*, & de Tulliae coniugio, & Nero
 hic est, opinor, de quo fam. lib. 13. ep. 63. & 64. qui Tiberij Imperatoris pater fuit. Est autē Nero co-
 gnomen Claudiae gentis patriciae nomen & Claudij plebeij fuerit, sed hi cognominie Maxcellorum; pa-
 tricij, Pulchrorum, & Neronij. Haec uberior in libro de familijs. *Ab mulieres* Terentiam, & Tul-
 liam. *FACTIS sponsalibus* cum Dolabella. *Gen* & tamquam spinas euellere, & puro hoc di-
 ci. Noli exulcerare animum meum numeratis uitijs illius, non enim opus est, cum confecta res sit. hoc
 quidem laetari debemus, quod eius obsequio & comitate mulieres ualde, ut audio, delectantur. neque
 enim satis probata superior Dolabellae uita: quod & Coeij epistola declarat, fam. lib. 8. ep. 13. *PLACET*
hoc tibi? donasti frumento populum Atheniensem: probas igitur huiusmodi largitiones? *NON im-*
pediebant? licet hoc per meos libros de rep. scriptos: quibus in libris improbauit equidem largitionē
 in ciues, (uidetur enim ad tyrannidem spectare) sed tua sunt in hospites liberalitas, in ciues largitio non
 fuit, quia tui non ciues, (Romanus enim, non Atheniensis ciuis es) sed hospites Athenienses: cum Athe-
 nis diu uixerit, ciuis autem fieri cum posses, recusatis, Nepos in uita. *QUONIAM Appius* & puro scri-
 ptum fuisse. Quom iam, antiquo more, id est, cum iam sententia patet. Quamquam Appius de *παύση*
 Eleasine faciundo iam non cogites, me tamen de *παύση* Academiae iubes cogitare. ep. 11. *De Horten-*
sio & de interitu Q. Hortensij oratoris. In Bruti prooemio. *De relinquendo* & qui prouinciae praefec-
 set. *FRATRI autem* & prouinciam tradere. *NEMO erat* & praeter fratrem, & Pontinium, legatos: ut-
 rumque praetorium: sed, fratri, non uale: Pontinius discesserat, reliquos duos legatos, Antonium uide-
 licet, & Tullium, neutrum praetorium, quaestori, praesertim nobili, sine contumelia non possum ante-
 ferre. fam. lib. 2. ep. 17. *CONTRA* s. c. & ultra annum a senatu decretum. *TRIENNIVM* & triennium
 enim Asiae Quintus praefuerat, fam. lib. 2. ep. 17. *AD POPULUM* & dicerem, afferrem, cum excusarem me,
 quod fratrem prouinciae non praefecissem. tibi autem alias causas exponerem, dicerem enim, timuisse
 me, ne quid in prouincia Quintus committeret iracundius, contumeliosius, negligentius. *QUAE*
fortuita hominum & & placeret sic: Quae fert uita hominum: ut fratrem excuset; qui potuerit aliquid
 committere iracundius, contumeliosius, negligentius, non deprauatae uitio uoluntatis, sed quod ita se-
 rat hominum uita, ut accidere & haec, & similia possint. Sic, Aetas fert, in oratione pro Cluentio: Natu-
 ra fert, de Somnio Scipionis: Adolescentia fert, Terentius in Heaut. & Vita hominum, pro Sex. Roscio.
 Sin, Fortuita, placet, ad uitia fratris addentur fortunae casus. *NON dimittebat*, & mansisset igitur in pro-
 uincia cum patre; facileq. quia puer, & puer bene sibi fidens, commisisset, quod esset nobis magnopere
 dolendum. *Ipse confere* & dimittendum. cenlebat autem Atticus, quia patris indulgentia deprauati si-
 lium intelligeret. ep. 9. *NON dico equidem* & hoc significat. Non dico equidem, quod egerit, non
 laboro; sed tamen multo minus, quam si fratrem reliquissem. *SINE forte* & quem illi fors non dede-
 rat quaestorem, ut mihi Coelium. *DELEGIT* & quem Hispaniae praeficeret, hic Marcello, & Salpicio
 cos. Pompeij quaestor Hispaniae praefuit: post annum, Marcello & Lentulo cos. tribunus pl. cum M.
 Antonio collega pro Caesare intercessit; & deuictis Afranio & Petreio, in Hispania propraetor a Caesa-
 re relictus. Dio lib. 41. *ANTONIUM*: M. Antonium: quem in Gallia Caesar hibernis praefecit. Hir-
 tius lib. 8. de bello Gal. & oratione 11. in Antonium his uerbis: Quaestores factus: deinde continuo sine
 S. C. sine sorte, sine lege ad Caesarem cucurristi, quo planum sit, quaestoribus prouincias assignari solit-
 as S. C. sorte, lege, nam senatus decernebat, ut quaestores sortirentur, uel inter se compararent: deinde
 sortitio, aut comparatio: tum de his lex curiata ferebatur, si ordine res conficerent. *OFFENDEREM* & &
 non relinquerem? *Aut etiam inquirerem in eum*? & appone hic interrogandi notam; ut sit sensus, ne
 inquirere quidem in eum debui, nedum non relinquere. inquirere scilicet in eius mores, utrum hoc ho-
 nore dignus esset, an secus, tantum, inquit, abest, ut eum relinquere non debuerim, ut nec, utrum hoc
 munere dignus esset, inquirendum mihi fuerit, quem igitur reliquissem, nisi ipsum reliquissem? Hoc
 melius & quod quaestorem potius, quam fratrem, in prouincia reliquerim. *SENECTVTI quidem no-*
strae & cui, si tam nobilem adolecentem offendissem, impendebant inimicitiae. *Παύση* & alij
 referunt ad generis nouitatem, ego ad dignitatem post exsulij tempora renascentem, ante exsulum enim,
 ut ipse testatur in epistola ad Catonem epistol. fam. lib. 15. & prouinciam ornatam, & spem non
 dubiam triumpho neglexerat: auguratum denique, cum non difficillime consequi posset, non
 appetierat: idem, post iniuriam acceptam, studuit quam ornatissima senatus populiq. R. de se
 iudicia intercedere: itaq. & augur fieri uoluit, & eum honorem, qui a senatu tribui rebus bellicis
 solet, sibi expetendum putauit.

melium Lentulum Crus, consulem item designatum. DE illo, qui & c. § C. Hirrum intelligit, qui repulsum retulerat in aedilitate, cum se Ciceroni solitus esset anteferre. fam. epistola 6. lib. 8. SORORIS tuae filij § Q. Ciceronis, quem frater meus ex tua sorore genuit: cui ego patruus sum. APHRACTVS Rhodiorum. § quo tum periculose, tum tarde nauigauimus, ut integros uiginti dies consumpserimus. ep. 9. l. 10. EXPEDITIVVS § breuiore naui. AUCVPATVRI § captaturi: ut, quae prima se idonca tempestas obtulerit, ea utamur. translatio ab aucupibus, uolucres captantibus. DE rauidusculo Puteolano, § forte, quod pecuniam dissolueris, C. Vestorio Puteolano a me debitam, uide epist. 6. l. 4. pecunia certe debita uidebitur significari. epist. 7. lib. 4. & 2. lib. 7. VNVS hospes § plus est, quam, Dum unus hostis: cum non modo hospites, sed & hospites, Bibulus timuerit. ep. 2. DOMO sua § cum domo consul se tenuit metu Caesaris collegae. AT multa, § at longior fui.

Cicero S. D. Attico. 9.

IN PIRAEAE cum exissem pridie id. Oct. accipias ab Acasto, seruo meo, statim tuas litteras: quas quidem cum expectassem iam diu, admiratus sum, ut uidi obsignatam epistolam, breuitatem eius; ut aperui, rursus συγγνωσιν litterarum, quae solent tuae compositissimae, & clarissimae esse. ac, ne multa, cognoui ex eo, quod ita scripseras, te Romam uenisse ad XII. Kal. Oct. cum febris percussus uehementer, nec magis, quam debui, statim quaero ex Acasto. ille & tibi, & sibi uisum, & ita se domi ex tuis audisse, ut nihil esset incommode. id uidebatur approbare, quod erat in extremo, febriculam tum te habentem scripsisse. sed clamaui tamen; admiratusq. sum, quod nihilo minus ad me tua manu scripsisses. quare de hoc satis. spero enim, quae tua prudentia, & temperantia, & hercule, ut me iubet Acastus, confido te iam, ut uolumus, ualere. A Turanio te accepisse meas litteras gaudeo. παραδύλαξον, si me amas, τὴν τοῦ συρατοῦ φιλοτιμίαν αὐτότατα. hanc, quae me hercule mihi magno dolori est, (dilexi enim hominem) procura, quantulacumque est, Praetianam hereditatem. profusus ille ne attingat. dices, nummos mihi opus esse ad apparatus triumphi: in quo, ut praeci-

pis, nec me κενὸν in expetendo cognoscas, nec ἀπορῶν in abiiciendo. Intellexi ex tuis litteris, te ex Turanio audisse, a me prouinciam fratri traditam. adeo non ego non perspexeram prudentiam litterarum tuarum? ἐπέχεν te scribebas. quid erat dubitatione dignum? si esset quidquam; cur placeret, fratrem, & talem fratrem, relinquere ἀδελφῶν ista mihi tua, non ἐποχῆ, uidebatur. monebas de Q. Cicerone puero, ut eum quidem ne uiquam relinquerem: τὸ μὲν ὅτι ἐπὶ ἐμοί. eadem omnia, quasi colloqui essemus, uidimus. non fuit faciendum aliter, meq. ἐπιρροία ἐποχῆ tua dubitatione liberauit. sed puto te accepisse de hac re epistolam, scriptam accuratius. Ego tabellarios postero die ad uos eram misurus, quos puto ante uenturos, quam nostrum Saufeium. sed, eum sine meis litteris ad te uenire, uix rectum erat. Tu mihi, ut polliceris, de Tulliola mea, id est de Dolabella, perscribas: de rep. quam praenideo in summis periculis, de censoribus, maximeq. de signis, tabulis quid fiat, referatur ne. Idibus Oct. has dedi litteras: quo die, ut scribis, Caesar Placentiam legiones quattuor. quaeso, quid nobis futurum est? In arce Athenis statio mea nunc placet. Vale.

EXPLANATIO

SOLENT tuae compositissimae, § bellissimae constructae. nunc autem scripsisti uacillantibus litteris, manu a morbo minus firma. Lucilij uersus in Oratore sunt:

„ Quam lepide lexis compositae, ut tesserae, omnes,
„ Arte, pauimento, atque emblemate uermiculato.

SCRIPSISSE. § ut intelligerem, non grauius aegrotare, qui cum febris tamen scripsisses; quam febriculam nominares. συρατοῦ φιλοτιμίαν § assentior ijs, qui φιλοτιμίαν e Suida interpretantur auaritiam, ut Philotimus designetur, qui rationes turbauerat in nominibus Milonis. epistola 4. lib. 6. & 1. lib. 7. NE attingat § Philotimus. epistola 1. lib. 7. DICES § Philotimo, ut sciat eam me conferuari uelle ad apparatus triumphi. epist. 3. PRUDENTIAM litterarum tuarum? § quia, cum significare uelles, ἀδελφῶν te consilium de fratre relinquendo, aperte non scripsisti, sed tecto uerbo, ἐπέχεν, usus es. in quo tuam prudentiam perspexi. DUBITATIONE dignum? § dubitandum non erat, quin quaestor Coelius prouinciae praeponendus esset. quod si quid esset dubitatione dignum; fratrem tamen relinqui, cur placeret? τὸ μὲν ὅτι ἐμοί. § meum mihi somnium: subaudi, narrabas. sententiam aperiant, quae proxime sequuntur uerba. Prouerbum. EADEM omnia, § quid a fratre, si eum reliquisset, quid a fratri filio timendum esset. epistola 7. NON fuit faciendum aliter, § atque feci; qui Coelium reliqui. DUBITATIONE liberauit § cum enim ἐπέχεν te uiderem, id est haerere, & suspensum pendere, incertum, quid esset mihi faciendum de.



IN · EPISTOLARVM
M · TVLLII · CICERONIS

A D
T · POMPONIVM · ATTICVM

LIBRVM · VII.

PAVLLI · MANVTII
COMMENTARIVS



Cicero S. D. Attico. 1.

DEDERAM equidem L. Saureio litteras, & dederam ad te unum; quod, cum non esset temporis mihi ad scribendum satis, tamen hominem tibi tam familiarem sine meis litteris ad te venire nolebam. sed, ut philosophi ambulanti, has tibi redditum iri putabam prius. sin iam illas accepisti, scis me Athenas uenisse pridie id Ost. le nauis egressum in Piraeum tuas ab Acasto nostro litteras accepisse; conturbatum, quod cum febre Romam uenisset; bono tamen animo esse coepisse, quod Acastus ea, quae uellem, de alienato corpore tuo nunciaret; cohorruisse autem, quod tuae litterae de legionibus Caesaris afferrent; & egisse tecum, ut uideres, ne quid otiosa eius, quem nosti, nobis noceret; & de quo iam pridem ad te scripserum. Turranius autem secus tibi Brundisij dixerat: quod ex ijs litteris cognoui, quas a Xenone, optimo uiro, accepi. Cur fratrem prouinciae non praefecissem, ex posui breuiter. Haec fere sunt in illa epistola nunc audi reliqua. Per fortunas, omnem tuum amorem, quo me es amplexus, omnemque tuam prudentiam, quam mehercule in omni genere iudicio singularem, conferto ad eam curam, ut de omni statu meo cogites. uidere enim mihi uideor tantam dimittationem, nisi idem deus, qui nos melius, quam opta-

re aueremus, Parthico bello liberauit, respexerit remp. sed tantam, quantumquam fuit. age, hoc malum mihi commune est cum omnibus: nihil tibi mando, ut de eo cogites: illud meum proprium *κατάβλημα*, quaeso, suscipe. uides ne, ut te auctore sim utrumque complexus: ac uellem a principio te audisse amicissime mouentem:

Αλλ' ἔμωυ οὐ ποτε θυμὸν ἐνὶ στήθεσιν ἔπειθεσ:
Ὡς οὐδ' ἐν γὰρ κείνῳ ἦς παρ' ἑίδος:

sed aliquando tamen persuasisti, ut alterum completerer, quia de me erat optime meritus: alterum, quia tantum ualebat. feci igitur, atque effeci omni obsequio, ut neutri illorum quisquam esset me carior: haec enim cogitabamus; nec mihi, iuncto cum Pompeio, fore necesse peccare in rep. aliquando, nec, cum Pompeio sentienti, pugnandum esse cum Caesare: tanta erat illorum coniunctio. nunc impendet, ut & tu ostendis, & ego uideo, summa inter eos contentio: me autem uterque numerat suum. nisi forte simulat alter. nam Pompeius non dubitat (uere enim iudicat) ea, quae de rep. nunc sentiat, mihi ualde probari. utriusque aut accepi cuiusmodi litteras eodem tempore, quo tuas, ut neuter quaequam omnium pluris facere quam me, uideretur. uerum quid agam? non quaero illa ultima, (si. n. castris res geretur, uideo cum altero uinci satius esse, quam cum altero uincere) sed illa, quae tum aguntur, cum nenero; ne ratio assentis habeatur, ut exercitum dimittat.

X tat.